


BIBLIOTECA DEL DUQUE DE OSUNA







20=A. 50-A

HISTOIRE
DE
GENEVE.





HISTOIRE DE GENEVE,

Par Mr. SPON.

Rectifiée & augmentée par d'amples Notes.

AVEC

LES ACTES ET AUTRES PIECES
Servant de Preuves à cette *HISTOIRE.*

TOME SECOND.





A GENEVE,
Chez FABRI & BARRILLOT.

M. DCC. XXX.

INDICE

Des Pieces contenuës en ce second Tome.



RECUEIL

RECUEIL
DE
TITRES,
Dispoſez ſelon l'ordre des Tems,
POUR SERVIR DE PREUVES
A
L'HISTOIRE DE GENEVE.





RECUEIL DE TITRES, POUR SERVIR DE PREUVES A L'HISTOIRE DE GENEVE.

I.

Acordium factum inter Reverendum Dominum Humbertum Episcopum Gebennensem, & Illustrem Dominum Aymonem Comitem Gebennensem, anno 1124.

Collatum cum Originali.



IN nomine sancte & individue Trinitatis, Notum sit omnibus, tam posteris, quàm presentibus, quòd Humbertus de Grandimonte, Dei gratia Gebennensis Episcopus, ex precepto Domni Pape Calixti & religiosorum virorum consilio, in Aymone Comite, Ecclesias & decimas, supradicto Episcopo, per vim, contra Dei justiciam, auferente, & in terram ejus, 1124. *Voyez Tom. I. pag. 39. aux Notes.*

 se-





RECUEIL DE TITRES, POUR SERVIR DE PREUVES A L'HISTOIRE DE GENEVE.

I.

Acordium factum inter Reverendum Dominum Humbertum Episcopum Gebennensem, & Illustrem Dominum Aymonem Comitem Gebennensem, anno 1124.

Collatum cum Originali.



IN nomine sancte & individue Trinitatis, Notum sit omnibus, tam posteris, quàm presentibus, quòd Humbertus de Grandimonte, Dei gratia Gebennensis Episcopus, ex precepto Domni Pape Calixti & religiosorum virorum consilio, in Aymone Comite, Ecclesias & decimas, supradicto Episcopo, per vim, contra Dei justiciam, auferente, & in terram ejus, 1124. *Voyez Tom. I. pag. 39. aux Notes.*

1124. ſecundum canonicam formam, juſticie Sententiam protulit. Unde Comes commotus, atque ſe injuſte Eccleſias, decimas auferre recognoſcens, cum Comitatu ſuorum virorum, Boſonis ſcilicet de Alingo, Rodulphi de Fulciniaco, Willelmi de Caumonte, & multorum aliorum, uſque Saſcellium venit, ibique conſilio eorum, in preſentia Domni Petri Viennenſis Archiepiſcopi & Apoſtolice ſedis Legati, coram Giraldo Lauſannenſi Epiſcopo, Genevenſis Eccleſie Prepoſito, & coram ejuſdem Eccleſie Canonicis, Aymone, Alberico, Victore, Willelmo cum ceteris, & coram Garino Alpenſe Abbate; & coram Ermerado Priore Habundantie, cum multis aliis religioſis viris, Eccleſias quantùm in ſuo proprio jure poſſidebat, pro Dei amore, Genevenſi Eccleſie, atque Humberto Epiſcopo, perpetuo jure poſſidendas, ſine calumnia aliqua reliquit. Si quis vero illorum, qui Eccleſias ab eo habent in feudo, aliquo tempore ſua ſponte, voluerint relinquere, ipſe eis bona pace conceſſit. Tertiam vero partem Decimarum ſimiliter reliquit, atque ſuis militibus ut relinquerent, eodem modo permiſit. Quod ſi facere ſua permiſſione recuſarent, ſub juſticia Epiſcopi alienati ab Eccleſie ſocietate, donec tertiam partem Decimarum in pace relinquerent, permanerent. De Willelmo autem de Fulciniaco ſpecialiter conceſſit, ut Archiepiſcopus Viennenſis per Legatum ſuum, eum moneret ut tertiam partem Decimarum, ſicut & alii in pace relinqueret: quod ſi facere nollet, eum ſicut alios Epiſcopus Genevenſis juſtificaret. Si quis autem ſuorum hominum jam tertiam partem decimarum reliquit, ita maneat factum, quia ſic in placito terminatum fuit. Si quos vero Presbyteros vel Diacones pro ſervis habebat, & tali occaſione res eorum capiebat, eos liberos fecit, & eos Epiſcopo ſic abſolutos conceſſit, ut ammodo res eorum per violentiam ſibi non aufferret: ſi verò Sacerdotes vel Diaconi terram illius tenerent, unde ei ſervire deberent, non ea occaſione res illorum occuparet, niſi precedente clamore Epiſcopi, & juſticia illius deficiente. De hominibus autem ſuis, qui ſub tali pacto mu-

lieres

1124.

liéres Episcopi, tam ancillas, quam liberas in matrimonio duxerunt, ut ipsi & res eorum melius essent Episcopi quam alterius Domini, sic concessum est ut Episcopo sicut sui, familiariter serviant, vel res illius sine querela Comitis in pace dimittant. Hominium & fidelitatem, Comes Aymo, Humberto Genevensi Episcopo sic absolute fecit, ut nullius melius esset Domini excepto Imperatore. Hoc autem facto, Episcopus ei, suum antiquum feodum, quantum ad Laicos pertinet donavit. De duabus vero partibus Decimarum, passus est Episcopus Comitem salva justicia Domini Pape. De illis autem feodicariis, qui duas partes decime, a Comite retinebant, sub tali justicia remansit Comite laudante, ut ipsi Divinum officium non perderent, nisi quando vellent ire ad sanctos, vel in accipiendis uxoribus, vel in exitu vite. Si quis vero illorum, qui duas partes decime in feodo tenebant, aliquo modo Ecclesie relinqueret, Comes bona pace concessit. Et si aliquis Episcopo, aliquo modo violentiam inferre vellet, Comes pro posse suo, eum deffenderet, donec pacem haberet. Si Comes aliquid quod non esset de proprio feodo aliquo modo preocupaverat, illud Episcopo in pace dimisit. Quod autem Wido frater suus Gebennensis Episcopus de terra sua, vel de possessionibus beati Petri Comiti dederat, hoc totum in pace reliquit. Totas Gebennas Episcopo in pace dimisit; sicut quatuor, duo ex parte Episcopi videlicet Ricardus & Sibodus, & ex parte Comitis duo, Hugo de Terniaco & Dalmacius de Gayo, qui post jusjurandum Gebenñ. manifestaverunt, dicentes & veraciter affirmantes, Bannum videlicet totius Geneve, in omnibus & per omnia solius Episcopi esse. Justiciam & Dominium, cujuscunque sit homo, ad Episcopum solum pertinere. Adventicios quoque, ex quo per annum & diem Gebennis moram fecerint, solius Episcopi esse. Et Comes in tota Geneva, nullos homines capere debet. Hospitalitatem, Placitum generale, Forationes vini, & totum Rippale, Coroadam & Mutationes domorum, si Dominus mortuus

 fuerit,

1124. fuerit, debet ut Dominus possidere. Forum totius Ville, & justiciam fori, similiter solius Episcopi esse. Pedagium & pascua solius Episcopi, similiter. Comes quoque per se vel aliquem de suis, in pascuis Gebennensibus, nullas Equitaturas capere debet. Monetam in manu solius Episcopi esse. Et si Monetarii falsam, quod absit, monetam fecerint, nonnisi jussu Episcopi Comes justiciam faciat. Si quis verò latro captus fuerit, ipsum & omnia ejus Episcopus habere debet. Si autem Episcopus eundem latronem dampnare decreverit, Comiti reddat, ut justiciam faciat. Statio Comitis Gebennis, in cognitione Episcopi sit, ita tamen ut Comes & familia ejus, Ecclesie & Civibus & Ecclesiasticis rebus non noceat, & vadimonia sua per vim alicui non ponat: & cum recesserit, nisi ad pacem creditoris non dimittat. Ad hoc totum confirmandum affuerunt testes Domnus Petrus Viennensis Archiepiscopus & Legatus, Giroldus Lausennensis Episcopus, Garinus Alpensis Abbas, Emeradus Prior Habundantie, Albricus Decanus, Aymo Peloñ. Prepositus, Victor Decanus, Willelmus Decanus, Rodulphus Fulciniaci, Boso Aling., Willelmus de Caumonte. Anno ab Incarnatione Domini, millesimo centesimo vigesimo quarto. Ego Humbertus Gebennensis Episcopus, assensu Aymonis prefati Comitis, jussi presentem Chartam in presencia religiosorum ac sapientum virorum fieri, sigilloque meo, & sigillo ejusdem Comitis roborari. Calixto Papa Presidente, & Henrico Rege Regnante.

Le Sceau de l'Evêque & du Comte, sont attachez au bas de l'Acte.

II.

II.

Literæ Frederici Romanorum Regis, per quas quæcunque bona & possessiones, quæ Gebennensis Ecclesia possedit, possidet, possidebit, & ex largitione vel aliter adipisci poterit, usibus ipsius Ecclesiæ perpetuò profuturis, confirmat. Concessæ anno 1153.

Collatæ cum Originali.

IN nomine Sancte & individue Trinitatis. Fredericus Divina favente Clementia Romanorum Rex Augustus. Quamvis omni peticioni, que ad usus hominum, & ad utilitatem spectat Ecclesiarum, ex culmine Regie dignitatis dignum ducamus acquiescere, precipue tamen his obsecundare proponimus, quibus & in adversis, sicut & in prosperis, idem nobiscum est animus. Igitur omnium, tam futurorum, quàm presentium Christi Regnique fidelium, in perpetuum sollers noverit industria, quod venientem ad Curiam nostram dilectum nostrum Arducium venerabilem Gebennensem Episcopum, sicut tantum Principem nostrum decuit, benigne recepimus, & in his, que ad domum Regie Majestatis spectabant Imperiali Sceptro, eum promovimus. Deinde pie petitioni ipsius clementer annuentes, quecunque bona vel possessiones Ecclesia sua Gebennensis possedit, aut impresentiarum possidet, vel in futuro largitione Regum, seu oblatione aliorum fidelium poterit adipisci, Regia auctoritate, ejusdem Ecclesie usibus in perpetuum profuturis confirmamus; & presentis privilegii scripto, tam prefato Episcopo, quam successoribus suis corroboramus. Statuentes, ut nulla magna vel parva persona, hanc nostram confirmationem infringere presumat. Sed si quis, quod absit, contumacia ductus, huic nostre corroborationis pagine, temere contraire temptaverit, regali banno subjaceat, & decem libras auri in compositione persolvat, medietatem Camere nostre;

1153. *Voy. Tom. I. pag. 42. aux Notes.*

&

1153. & medietatem jam dicte Ecclesie. Et ut hec omnia, omni in posterum tempore, rata & inconvulsa permaneant, presenti pagine, sigilli nostri impressione munita, testes subternotari fecimus. Quorum nomina hec sunt, Humbertus Bisuntinensis Archiepiscopus, Ortlibus Basiliensis Episcopus, Amedeus Lausannensis Episcopus, Gunterus Spirensis Episcopus, Anselmus Havelbergensis Episcopus, Stephanus Metensis Episcopus, Welpho Dux Spoleti, Matheus Dux Lothoringie, Fredericus Dux Suevie, Fredericus Palatinus de Thuingen, Hermannus Marchio de Baden, Hugo Comes de Alsats, Theodericus Comes de Montebiligardis, & alii quamplures, quos annumerare superfluum duximus.

Signum Domini Frederici Romanorum Regis invictissimi.



Ego Herholfus Cancellarius, vice Arnoldi Mogontini Archiepiscopi & Archicancellarii, recognovi. Datum Spire, 16. Kal. Februarii anno Dominice Incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo tertio, Indictione secunda, regnante Domino Frederico Romanorum Rege glorioso, anno verò Regni ejus secundo.

Le Sceau de l'Empereur est au bas de cet Acte.

III.

Acordium & Transactio facta inter Episcopum & Comitem Gebenneñ., super Jurisdictione & Dominiis Civitatis Gebennensis, anno 1155.

Collatum cum Originali.

1155. *Voyez Tom. I. pag. 42. aux Notes.*

OMnipotentis Dei misericordia Gebennensem Ecclesiam temporibus Domini Arducii ejusdem Ecclesie Episcopi, ab Amedeo Comite multis modis afflictam, ex alto, solita bonitate prospectans per maximos Doctores & Rectores Ecclesie Archiepiscopos, videlicet Domnum Viennensem, & Eradum Lugdunensem, Petrum quoque Darentasiensem. Episcopos quidem J. Gratianopolitanum & Willelmum Bellicensem eidem Ecclesie, ad remedium providit, dum in eorum presentia, inter Episcopum Gebennensem & Comitem, pacem fecit, Domino si quidem Stephano Viennensi Archiepiscopo, partes utrasque vocante apud Sanctum Sigismundum juxta Greysiacum, Gebennensis Episcopus & Comes venerunt, habitisque hinc & inde sermonibus, tandem in hoc convenerunt, ut placitum quod apud Saysel coram Archiepiscopo Viennensi Hu. & Petro Darentasiensi, ac Amedeo Episcopo Lausannensi jam prolatum fuerat, in tantorum Dominorum presentia, perpetua stabilitate, in posterum firmaretur, unde in recordatione & accordatione placiti de Saysel, apud Sanctum Sigismundum affuerunt Petrus Darentasiensis Archiepiscopus, Amaldricus Precentor Gebennensis Ecclesie, & Willelmus Albiaci Decanus, Lambertus de Anayssiaco Decanus, & Artoldus Decanus, Gauterius Canonicus & Cappellanus Poncius de Filingio Canonicus, Magister Petrus de Tolno Canonicus, Aymo Vicedomnus Gebennensis, Amedeus de Nangiaco, Petrus de Nangiaco, Aymericus de Nangiaco, Falco Turumbertus, Cono de Ruppe. Incipientes igitur a gravaminibus Sacer-

1155. cerdotum & Diaconorum, a Comite illatis, Quoniam Gebennensis Episcopus inde querimoniam fecerat; sic posuerunt, ut si feudum vel terram Comitis, Sacerdotes vel Diacones ipsi tenerent, ex equo servirent, si vero terram ejus dimittere vellent, vestitam dimitterent; Et secundum quod ab eo tenuerant, usamentum facerent; Et sic Gebennensi Ecclesie & Episcopo per omnia in pace remanerent. Quoniam etiam Comes adversus Episcopum querimoniam fecerat, quod eos qui servili conditione sui erant, ordinaverat, super hoc ita diffinitum est, ut, qui ante Sacerdotes vel Diaconi ordinati erant, Episcopo in pace dimitterentur, & deinceps Episcopus Servos Comitis vel suorum, nisi eorum assensu ordinaret. De feudo quoque decimarum, conquestus est Comes, sed quia Episcopus pretendebat diffinitionem per placitum super ipsas decimas a Comite sibi factam esse; ita positum est, ut si Episcopus placitum esse factum ostenderet, teneretur; sin autem feudum decimarum Comiti dimitteret, salvo tamen Episcopali ordine, ac mandatis Domini Pape. Fecit Episcopus denique quandam querimoniam de Castris super Ecclesiam, a Comite nuper levatis; Et de Willelmo de Marvallo, similiter cujus hominium Comes indebite acceperat, & proïnde ab Ecclesia Gebennensi, cujus per omnia esse debuerat, alienaverat. Inde nimirum prefati Accordatores sic de Castris posuerunt, ut quecunque super Terram Ecclesie, per Comitem levata fuerant, si probarit posset, penitus diruerentur, alioqui, si super Terram Comitis, erecta essent, manerent; ita sane, quod rebus Ecclesie in aliquo minime nocerent. Preterea de Willelmo Marvallensi ita ordinatum est, ut quia nobilis est, si vellet, feudum Comitis dimitteret, & hominio Comitis irrito facto ad Ecclesie Gebennensis dominium & Episcopi rediret, si mallet feudum Comitis & ejus dominium tenere, feudum Ecclesie in pace dimitteret; Et exinde nullam exactionem Comes Ecclesie faceret. De cetero querimonia Comitis fuit, super filio Maynerii, quem Episcopus sibi abstulerat, super quo satis ad plenum ab Episcopo responso habito, videlicet,

quod

quod mater ejus ad dominium Ecclesie Gebennensis attinebat, 1155.
& pro eo filio Maynerii feudum Ecclesie dederat, quia ex parte matris quesierat, & ad ipsum spectabat. Quocirca positum est, ut si Comes ipsum filium Maynerii habere vellet, idem filius feudum Ecclesie ad pacem dimitteret, & a Comite vel ab aliquo, nulla gravamina Ecclesie inferrentur. Porro de hominibus & terris Ecclesie, a Comite & a suis interceptis & superceptis, Episcopi querimonia fuit; super quo communi consilio Accordatorum, dictum fuit, ut in quibus partibus Gebennensis Episcopatus hujusmodi controversia habebatur pro examinanda veritate, circa locorum affinitates, quatuor ex parte Episcopi, & quatuor ex parte Comitis, homines boni testimonii & indigene ad jusjurandum, censura Ecclesiastica compellerentur; Et quod ipsi tactis sacro sanctis reliquiis de justa possessione Ecclesie vel Comitis profiterentur, ab utrisque, scilicet Episcopo & Comite, firmiter imposterum teneretur. Inter cetera que continentur in placito de Saysel, continentur & hec, ut recordationes facte post jusjurandum, per homines Episcopi & Comitis, Amaldricum videlicet Gebennensem Cantorem & Canonicum Willelmum Borñ. Decanum, Richardum Vicedonnum, Willelmum de Bosco, sicut recitate fuerant, communi assensu scilicet Episcopi & Comitis, in presentia Domni Petri Dharentasiensis Archiepiscopi, & Amedei Lausannensis Episcopi, ac Abbatum totius Gebennensis Episcopatus, Rodulphi de Alta-cumba, Stephani Cheysiriacensis, Moysi de Bono-monte, Borch. de Habundantia, Pontii de Siz, nec non Rodulphi Agaunensis Abbatis, & multorum Religiosorum & honestorum virorum, assistentium in Episcopali domo, apud Gebennas, quid Episcopo, quid Comiti, in dominio & justicia Gebennensis Civitatis attineret, firmiter ab utrisque teneretur. Recordationes sunt iste; Bannum totius Geneve in omnibus & per omnia, solius Episcopi esse. Justiciam & dominium, cujuscunque sit homo, ad Episcopum solum pertinere. Adventicios quoque, ex quo per annum & diem Gebennis moram fecerint, solius Episco-

1155. pi esse. Comes vero in tota Geneva, nullos homines capere debet. Hospitalitatem, Placitum generale, Forationes Vini, Coroadam, & Mutationes Domorum si Dominus mortuus fuerit, debet Episcopus ut Dominus possidere. Forum totius Ville & justiciam fori, solius Episcopi esse Pedagium, Ripale, & Pascua solius Episcopi similiter. Comes quoque per se, vel aliquem de suis, in pascuis Gebennensibus nullas Equitaturas capere debet. Monetam in manu solius Episcopi esse. Si quis vero latro captus fuerit, ipsum & omnia ejus Episcopus habere debet. Stacio Comitis Gebennis in cognitione Episcopi sit; Ita tamen ut Comes & familia ejus, Ecclesie & Civibus, & Ecclesiasticis rebus non noceat, Comes etiam, nec aliqui de suis vadimonia sua, per vim, alicui, & nisi equivalentia, minime ponant, & non aliter, quam ad pacem creditoris, eadem dimittant. Hactenus Episcopalia. De his vero que ad Comitem spectare videntur, sunt hec. Comes est, & bonus Advocatus sub Episcopo esse debet. Tantam denique familiaritatem ex dilectione, in domo Episcopali habere debet, quod in mutationibus officiorum ejusdem domus, si Episcopus inde placitum habuerit, druuliam ibi ad modum habere debet; si Episcopus vero adversus aliquem de familia sua commotus vel iratus fuerit, ad Comitem refugium habebit; Et donec per satisfactionem congruam Episcopo restituat, Comiti eundem tenere licebit, simili modo de familia Comitis, ab Episcopo per omnia tenebitur. Quamvis vero de latrone sicut superius continetur, fiat, si ad dampnandum, vel aliquam inde justiciam faciendam deputatus fuerit, Comiti tamen pro peragenda justicia reddetur; Consequenter & de Monetariis, si falsam aliquam monetam fecerint, jussu Episcopi, Comes justiciam faciet. Quoniam igitur Comes modum excedendo, multa & maxima dampna Episcopo intulerat, & Canonicis similiter, domosque hominum Episcopi diruendo destruxerat, dixerunt Accordatores ut sexaginta libras, pro restauratione dampni Episcopo Comes redderet, Canonicis vero dampnum suum ad eorum libitum & misericordiam emendaret.

daret. In redintegratione quoque domorum, hominibus quorum fuerant, ad eorum pacem, emendationem Comes faceret. Dictum est autem, ut omnibus hominibus Episcopi quos Comes pro malivolentia inter se & Episcopum habita; odio habuerat, pacem faceret, similiter & Episcopus hominibus Comitis pacem faceret exceptis illis qui sua abstulerant; Illa videlicet que Comes minime habuerat, de quibus dictum est, ut Comes Episcopo super ipsi justiciam donec ablata per misericordiam Episcopi redderent, faceret. Sin autem Episcopus suam justiciam perinde faceret, Comes eidem in nullo contradiceret. De piscatione verò, unde querimoniam Episcopus fecerat, ita positum est, ut bonas consuetudines, quas homines Episcopi ab antiquo per Lacum habuerant, semper in pace haberent. Fuit & querimonia Episcopi de die venne, quem Comes abstulerat; super quo dictum ab Accordatoribus est, ut quando Episcopus Comitem vocare vellet, in curia sua veniret, ac per cognitionem Curie, in pace remaneret. De Rodulpho quidem Sancti Gervasii, quia Comes inde conquestus fuerat, sic positum est, ut investitura Episcopi remaneret, & si Comes vellet super hoc in Curia Episcopi veniret, & secundum quod dictum erat, vel adhuc diceretur, jus suum uterque possideret. Si quis vero instinctu Diaboli pacem hanc vel concordiam, temerario ausu infringere temptaverit, dictum est ab Accordatoribus, ut Episcopus inde justiciam faciat, & Comes intra XL. dies Episcopum & sua, pro facta justicia minime incurrat. Ceterum hec charta facta est ad pacem & libertatem Gebennensis Ecclesie in futuris temporibus perseverandam, prefato Gauterio Capellano, eandem ad communem utilitatem dictante, anno ab Incarnatione Domini millesimo CLV. Domino Papa Adriano, feliciter Romane Ecclesie presidente & Imperatore Frederico regnante, VI. Kalendas Marcii, anno bissextili Febr. VII. Luna XXX. Indictione III. Cyclus Lunaris & Solaris XVI. Epact. XXVI. Concurrentes VII. 1155.

Il y a deux Sceaux pendans à l'Acte.

IV.

Bulla Adriani Papæ quarti, Confirmationis compositionum inter Episcopum & Comitem Gebennensem, anno 1157.

Collata cum Originali.

1157. *Voy. Tom. I. pag. 43. au Texte & aux Notes.*

ADrianus Episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri, Arducio Gebennensi Episcopo salutem, & Apostolicam benedictionem. Quotiens a fratribus nostris Episcopis talia postulantur, que & equitati conveniant & a rationis tramite non recedant, decet nos animo libenti concedere, & eorum vota oportet nos, effectu operis prosequente complere. Ea propter Venerabilis in Christo, Frater Episcope, justis postulationibus tuis, grato concurrentes assensu, personam tuam, & commissam tibi Ecclesiam sub Beati Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti patrocinio communimus. Compositionem vero que inter te & dilectum filium nostrum, nobilem virum Amedeum Gebennensem Comitem in presentia Venerabilium fratrum nostrorum S. Viennensis, E. Lugdunensis & P. Tarentasiensis Archiepiscoporum, J. Gratianopolitani, & Guillelmi Belicensis Episcoporum, & quorundam religiosorum Abbatum, super quibusdam controversiis que inter vos agebantur, utriusque partis assensu rationabiliter facta est, juxta tue postulationis instantiam, tibi & per te Ecclesie tue auctoritate Apostolica confirmamus cujus videlicet compositionis tenor sicut in Instrumento exinde facto continetur, in subsequentibus invenitur annexus. Predictus si quidem Frater noster Petrus Tarentasiensis Archiepiscopus, & dilecti filii nostri Almadricus Precentor Gebennensis Ecclesie, & Willelmus Alberici Decanus, Lambertus de Anassiaco Decanus, & Artoldus Decanus, Gualterius Canonicus & Capellanus, Pontius de Filingio Canonicus, Magister Petrus de Tolno Canonicus, Aymo Vicedominus Gebennensis, Amedeus de Nangiaco,

giaco, Petrus de Nangiaco, Aymericus de Nangiaco, Falco Turumbertus, Cono de Ruppe: a gravaminibus Sacerdotum & Diaconorum tibi a Comite illatis incipientes, quoniam tu exinde querimoniam feceras, ita inter vos composuerunt, ut si feudum vel terram Comitis Sacerdotes vel Diacones tenerent, eidem ex equo servirent; si vero terram ejus dimittere vellent, investituram dimitterent, & secundum quod ab eo tenuerant, usamentum facerent, & sic Episcopo & Ecclesie Gebennensi, in pace per omnia remanerent. Quia etiam Comes adversus te querimoniam fecerat, quod eos qui servili conditione sui erant ordinaveras, super hoc ita est difinitum, ut qui ante Sacerdotes vel Diacones ordinati erant, in pace tibi dimitterentur, & deinceps servos Comitis, vel suorum, nisi eorum assensu nullatenus ordinares. De feudo quoque Decimarum conquestus est Comes, sed quia pretendebas difinitionem per compositionem super ipsas decimas a Comite tibi factam esse, ita positum est, ut compositionem esse factam ostenderes, & teneretur; sin autem feudum Decimarum Comiti dimitteres, salvo quidem Episcopali jure & Apostolice sedis mandato. Tu vero post hec aliam proposuisti querimoniam de Castris super Ecclesia a Comite nuper constructis, & de Willelmo de Marvallo cujus hominium Comes indebite acceperat, & proinde ab Ecclesia Gebennensi cujus per omnia esse debuerat, alienaverat; inde nimirum prefati concordatores sic de Castris composuerunt, ut quecunque super terram Ecclesie per Comitem constructa fuerant, si probari posset, omnino destruerentur; alioquin si super terram Comitis erecta essent, integra remanerent, ita sane quod rebus Ecclesie in aliquo non nocerent. Preterea de Willelmo Marvallensi ita est ordinatum, ut quia vir nobilis est, si vellet feudum Comitis dimitteret, & hominio Comitis irrito facto ad Gebennensis Ecclesie dominium & Episcopi rediret; si mallet feudum Comitis & ejus dominium tenere feudum Ecclesie in pace dimitteret, & exinde nullam exactionem Comes Ecclesie faceret. De cetero querimonia Comitis fuit de filio Maynerii quem tu ei abstuleras,

1157.

1157. leras; super quo satis ad plenum a te responsum est habitum; videlicet quod mater ad dominium Ecclesie Gebennensis attinebat, & propter hoc filio Maynerii feudum Ecclesie dederat, quia ex parte matris quesierat & ad ipsum spectabat. Quocirca positum est, si Comes ipsum filium Maynerii habere vellet, ille feudum Ecclesie ad pacem dimitteret, & a Comite vel ab aliquo nulla ex hoc gravamina Ecclesie inferrentur. Porro de hominibus & terris Ecclesie a Comite & a suis interceptis & superceptis à te querimonia deposita fuit, super communi consilio compositorum dictum fuit, ut in quibus partibus Gebennensis Episcopatus hujusmodi controversia habebatur, pro examinanda veritate circa locorum affinitates quatuor ex parte tua & quatuor ex parte Comitis homines boni testimonii & indigene, ad jusjurandum censura Ecclesiastica cogerentur, & quod ipsos constaret tactis sacro sanctis reliquiis de justa possessione Ecclesie vel Comitis profiteri, ab utroque vestrum firmiter imposterum teneretur. Inter cetera verò, que continentur in compositione apud Saysel facta, continerentur & hec, ut recordationes facte post jusjurandum per homines Episcopi & Comitis Amaldricum videlicet Gebennensem Cantorem & Canonicum, Willelmum Borñ. Decanum, Richardum Vicedonnum, Willelmum de Bosco, sicut recitate fuerant communi assensu tui scilicet & Comitis in presentia memorati Petri Tarentasiensis Archiepiscopi & Amedei Lausannensis Episcopi, atque Abbatum totius Gebennensi Episcopatus, Rodulphi de Alta-comba, Stephani Chisiriacensis, Moysi de Bonomonte, Borch. de Habundantia, Pontii de Six, nec non Rodulphi Agaunensis Abbatis, & multorum religiosorum & honestorum virorum assistentium in Episcopali domo apud Gebennas, quid Episcopo, quid Comiti in dominio & justicia Gebennensis Civitatis attineret firmiter ab utrisque tenerentur. Recordationes sunt iste; Bannum totius Geneve, in omnibus & per omnia, tuum solummodo esse; Justiciam & dominium cujusque sit homo ad te tantummodo pertinere; Adventicios quoque ex quo per annum & diem Gebennis moram


fecerint


fecerint tuos solummodo esse, Comes vero in tota Geneva 1157.
nullos homines capere debet; Hospitalitatem, placitum generale, foraciones vini, coroadam & mutationes domorum, si dominus mortuus fuerit, debes ut dominus possidere; Forum totius Ville, & Justiciam fori, ad te solummodo pertinere; Pedagium, ripale & pascua similiter. Comes quoque per se vel aliquem de suis in pascuis Gebennensibus, nullas equitaturas capere debet! Monetam in manus tuas tantummodo esse; si quis vero latro captus fuerit, ipsum & omnia ejus, tu habere debes; statio Comitis Gebennis in cognitione tua sit, ita tamen ut Comes & familia ejus Ecclesie & civibus & Ecclesiasticis rebus non noceat; Comes etiam aut aliqui de suis vadimonia sua per vim alicui & nisi eque valent minime ponant, & non aliter quam ad pacem creditoris eadem dimittant; Hactenus Episcopalia. De his vero que ad Comitem spectare videntur sunt hec; Comes est, & bonus Advocatus sub Episcopo esse debet; Tantam denique familiaritatem, ex dilectione in domo Episcopali habere debet, quod in mutationibus officiorum ejusdem domus, si tu inde questionem habueris druuliam ibi ad modum habere debet. Tu quoque si adversus aliquem de familia sua commotus vel iratus fueris, ad Comitem refugium habebit, & donec tibi congruè satisfaciat, Comiti eundem tenere licebit: simili modo de familia Comitis a te per omnia tenebitur. Quamvis vero de Latrone sicut superius continetur fiat, si ad dampnamdum, vel aliquam inde justiciam faciendam fuerit deputatus, Comiti tamen properagenda justicia reddetur; Consequenter & de monetariis si falsam aliquando monetam fecerint, jussu tuo Comes justiciam faciet. Quoniam igitur Comes modum excedendo multa & maxima dampna tibi intulerat & Canonicis similiter domosque hominum tuorum diruendo destruxerat, dixerunt Compositores, ut quadraginta libras pro restauratione dampni Comes tibi persolveret; Canonicis vero dampnum suum ad eorum libitum & misericordiam emendaret; In redintegratione quoque domorum hominibus quorum fuerant ad eorum

1157. pacem emendationem Comes faceret. Dictum est autem ut omnibus hominibus tuis quos Comes pro malivolentia inter se & te habita odio habuerat, pacem redderet; Similiter & tu ipse hominibus Comitis pacem faceres, exceptis illis qui tua abstulerant, illa videlicet, que Comes minime habuerat, de quibus dictum est, ut Comes tibi super ipsis justiciam donec ablata juxta bene placitum tuum redderentur, faceret; sin autem tu ipse justiciam tuam proinde faceres, Comes vero in nullo tibi contradiceret. De piscatione vero unde tu querimoniam feceras, ita positum est ut bonas consuetudines quas homines tui ab antiquo per lacum habuerant semper in pace haberent. Fuit & querimonia tua de die piscationis in Venna quam Comes abstulerat, super quo a compositoribus dictum est, ut quando Comitem vocare velles, in Curiam tuam veniret, ac per cognitionem Curie in pace remaneret; De Rodulpho quidem Sancti Gervasii, quia Comes inde conquestus fuerat, sic positum est ut investitura Ecclesie remaneret, & si Comes vellet super hoc in Curiam tuam veniret, & secundum quod dictum erat vel adhuc diceretur, jus suum uterque possideret. Si quis vero pacem hanc vel concordiam temerario ausu infringere temptaverit, dictum est ab ipsis Compositoribus, ut tu inde justiciam facias, & Comes infra quadraginta dies & tua pro facta justicia non offendat. Ut igitur compositio ipsa futuris semper temporibus inviolabiliter observetur eam Apostolice sedis auctoritate duximus confirmandam, & presenti privilegio muniendam. Decernimus itaque, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei aliquatenus contra ire; si quis autem hoc attemptare presumpserit, secundo tertiove commonitus, nisi presumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, atque in extremo examine districte subjaceat ultioni. Cunctis verò eam servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant & apud distric-

tum

-tum Judicem premia eterne pacis inveniant. Amen, Ad te Amen. 1157.





† Ego Adrianus Catholice Ecclesie Episcopus.

† Ego Gregorius Sabinensis Ecclesie Episcopus.
† Ego Manfredus Presbyter Cardinalis tituli Sancte Savine.
† Ego Girardus Presbyter Cardinalis tituli Sancti Stephani in Celio monte.
† Ego Henricus Presbyter Cardinalis tituli Sanctorum Nerei & Achillei.
† Ego Otto Diaconus Cardinalis tituli Sancti Georgii ad velum aureum.
† Ego Rodulphus Diaconus Cardinalis Sancte Lucie in Scepta....
† Ego Guydo Diaconus Cardinalis Sancte Marie in porticu.
† Ego Odo Diaconus Cardinalis Sancti Nicholai in Carcere Tuliano.
† Ego Ardicio Diaconus Cardinalis Sancti Theodori.
† Ego Boso Diaconus Cardinalis Sanctorum Cosme & Damiani.
† Ego Albertus Diaconus Cardinalis Sancti Adriani.

Dat. Lat. per manum Rolandi Sancte Romane Ecclesie Presbyteri Cardinalis & Cancellarii XII. Kal. Junii, indictione quinta Incarnationis Dominice, anno millesimo centesimo quin-

 qua-

quagesimo septimo, Pontificatus verò Domini Adriani Pape quarti, anno tertio.

Le Sceau du Pape est pendant à cet Acte.


V.

Alia Bulla ejusdem Papæ, per quam confirmat quascunque Largitiones factas Ecclesiæ Gebennensi per Serenissimum D. Fredericum Imperatorem, & possessiones & bona quæcunque, quæ Geb. Ecclesia habebat, vel haberet in futurum, usibus illius perpetuis corroborat, anno 1157.

Collat. cum Origin.

1157. *Voy. Tom. I. pag. 43. aux Notes.* ADrianus Episcopus, Servus Servorum Dei. Venerabili fratri Arducio Gebennensis Ecclesie Episcopo, ejusque successoribus, Canonice substituendis, in perpetuum. Cum ex injuncto nobis à Deo Apostolatus officio, quo cunctis Christi fidelibus authore Domino preminemus, singularum Paci & tranquillitati debeamus intendere, Presertim pro illorum quiete, oportet nos esse sollicitos, qui Pastorali dignitate sunt prediti, & ad officium Pontificale promoti. Nisi enim nos eorum utilitatibus intendentes, ipsorum jura, in quantum Deo permittente possumus, integra conservemus, & auctoritate Apostolica, eos a pravorum incursibus defendamus, de illorum salute non vere poterunt esse solliciti, qui sibi ad regendum, Domino sunt disponente, commissi. Eapropter, venerabilis in Christo frater Gebennensis Episcope, tuis justis postulationibus gratum impertimur assensum, & prefatam Gebennensem Ecclesiam, cui, Deo autore, preesse dinosceris, Sub Beati Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus, statuentes, ut ea que charissimus in Christo filius noster Fredericus Romanorum Imperator, ad Regale jus pertinentia, tibi, & Ecclesie tue, intra Civitatem Gebennensem & extra, pietatis intuitu noscitur legitime contulisse, & scripti sui pagina roborasse, sicut in ipso scripto continetur, tibi tuisque successoribus, auctoritate sedis Apostolice integre confirmamus, & hujus privilegii munimine, roboramus. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona ea-

dem Ecclesia impresentiarum juste & canonice possidet, aut
infuturum, concessione Pontificum, largitione Regum vel Prin- 1157.
cipum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, prestante Domino poterit adipisci, firma tibi, tuisque successoribus, & illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, supradictam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia & integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva nimirum in omnibus, Apostolice sedis auctoritate: Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam, sciens, contra eam temere venire temptaveririt, secundo tertiove commonita, nisi presumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque, se divino judicio existere, de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi, aliena fiat; atque in extremo examine, districte ultione subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi. Quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud districtum Judicem, premia eterne pacis inveniant. Amen, Amen.



✝ Ego Adrianus Catholice Ecclesie Episcopus.

1157. † Ego Manfredus Presbyter Cardinalis tituli Sancte Savine.

† Ego Gregorius Sabinensis Ecclesie Episcopus.

† Ego Girardus Cardinalis tituli Sancti Stephani in Celio monte.

† Ego Almricus Presbyter Cardinalis tituli Sanctorum Nerei & Achilei.

† Ego Otto Diaconus Cardinalis Sancti Getorri ad velum aureum.

† Ego Rodulphus Diaconus Cardinalis in Septa Sancte Lucie.

† Ego Guido Diaconus Cardinalis Sancte Marie in porticu.

† Ego Odo Diaconus Cardinalis Sancti Nicolai in Carcere Tulliano.

† Ego Arditio Diaconus Cardinalis Sancti Theodori.

† Ego Boso Diaconus Cardinalis Sanctorum Cosme & Damiani.

† Ego Albertus Diaconus Cardinalis Sancti Adriani.

Dat. Lat. per manum Rolandi Sancte Romane Ecclesie Presbyteri Cardinalis & Cancellarii XII. Kal. Jun. indict. V. Incarn. Dominice Anno MCLVII. Pontificatus vero Domini Adriani Pape IV. Anno tertio.

Le Sceau du Pape est pendant à cet Acte.

VI.

Bulla Papæ Victoris quarti ad Ardutium Episcopum Clerum & Populum Gebennensem directa, qua dicit se Scripta comminationis direxisse Amedeo Comiti ut ablata Eccles. Gebenn. eamque vexare desistat.

Collata cum Origin.

1160. VIctor Episcopus servus servorum Dei, Venerabili fratri Ardutio Gebennensi Episcopo, Abbatibus, Clero & Populo ejusdem Ecclesie, salutem & Apostolicam Benedictionem. Quoniam Sedis Apostolice Gubernacula divina preordinante clementia suscepimus, omnium Ecclesiarum vigilantem

nos

nos convenit curam atque ſollicitudinem gerere, ut nec tempore proſperitatis hoſtis antiquus quaſi nobis dormientibus dominicum poſſit gregem ſubvertere: neque fluctibus tribulationum creſcentibus, navicule beati Petri regimina ſuo poſſit furore atque tergiverſatione dampnabiliter impedire: Inde eſt dilecti in Domino filii quod nobili Eccleſie Gebennenſi ſuis in perſecutionibus plurimum condolentes, quia Deus non vult mortem peccatoris, ſed ut convertatur & vivat; A. Gebennenſi Comiti adverſus quem graves querelas depoſuiſtis Apoſtolice caſtigationis atque comminationis Scripta direximus, ei ſub obtemptu gratie Beati Petri precipientes, ut ablata reſtituat, & deinceps Gebennenſem Eccleſiam vexare aut perturbare deſiſtat, & omnia regalia ſive alia bona Eccleſie veſtre pertinentia; que contra concordem compoſitionem apud aquis inter vos & ipſum Comitem in preſentia Venerabilis fratris noſtri St. Viennenſis Archiepiſcopi & aliorum religioſorum virorum factam & in ſcriptis ut accipimus redactam, idem Comes occupaſſe dicitur; vobis & Eccleſie veſtre reſignare feſtinet. Quod ſi contempſerit Sententiam Interdicti quam prefatus frater noſter Viennenſis Archiepiſcopus & Apoſtolice Sedis Legatus in eum & totam terram ſuam propter tantum exceſſum jam protulit vel in futurum promulgavit; Nos donec reſipuerit, eam firmam ratamque teneri auctoritate Apoſtolica precipimus. Datum Vercell. Calend. Aprilis. 1157.

Le Sceau du Pape pend au bas. Il y a ſur le revers de l'Acte 1160.

VII.

VII.

Copia Bullæ datæ Imperatoris Frederici, in gratiam Genevensium, vulgò dictæ Bullæ Aureæ, anno 1162.

Collata cum Originali copiâ factâ anno 1483.

1162.
Voy. Tom. I. pag. 44. au Texte & aux Notes, ibid. & suiv.

IN nomine Domini, Amen. Noverint universi & singuli hoc presens publicum transumpti Instrumentum vidimus nuncupatum inspecturi, quod nos Johannes Prioris decretorum Doctor Basilice beate Marie Majoris de Urbe, Canonicus, Domini nostri Pape Capellanus, ipsiusque & ejus Camerarii, nec non Curie causarum Camere Apostolice generalis Auditor. Ad Reverendi in Christo Patris & Domini Domini Johannis de Compesio Dei & Apostolice sedis gratia Episcopi & Principis Gebennensis instanciam & requisitionem habuimus, vidimus, legimus, tenuimus & diligenter inspeximus nonnullas literas Imperiales per clare memorie Dominum Fridericum olim Romanorum Imperatorem dudum bone memorie, Domino Arducio olim Episcopo & Principi Gebennensi concessas, cum Sigillo aureo & filis sericeis impendentes, sigillatas, & signo prefati Domini Imperatoris signatas, ac per Dominum Herholsum Cancellarium, Vice Arnoldi Maguntinensis Archiepiscopi, Archicancellarii, recognitas non viciatas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vicio & suspicione carentes; Quarum quidem literarum Imperialium tenor, de verbo ad verbum sequitur & est talis.

FREDERICUS Dei gracia Romanorum Imperator & semper Augustus. Universo Clero Gebennensi & omnibus militibus, civibus atque Burgensibus ipsius Civitatis, & habitatoribus Castrorum ipsius Episcopatus, & ceteris omnibus tam minoribus quam majoribus ad Episcopatum Gebennensem subjectionis gratia pertinentibus gratiam suam & omne bonum. Nove-

Noverit veſtra dilectio, veſtraque univerſitas, Quod venerabilem Epiſcopum veſtrum Arducium ad preſentiam Excellencie noſtre & Principum noſtrorum venientem, tanquam dilectum & venerabilem Curie noſtre Principem ſolita Imperiali manſuetudine & honorificencia ſuſcepimus, & auditis ejus querelis vocatiſque Duce de Ciringe & Amedeo Comite Gebennenſi, & ad plenum intellectis querimoniis ipſius Epiſcopi ſuper ſuperioritate Civitatis & Caſtrorum ipſius Ecclesie, quam tanquam Vicario noſtro remiſeramus Duci de Ciringe, qui eam ſuperioritatem tranſtulerat in Amedeum Comitem Gebennenſem pro ſe perſonaliter comparentem, & ad ſui opus ipſam ſuperioritatem ſibi vindicare cupientem, nullo tamen ſubſiſtente fundamento, niſi quod ipſi Duci prefatam remiſſionem feceramus. Replicante ipſo Arducio Epiſcopo & Principe hanc talem conceſſionem nos feciſſe non potuiſſe, Cum jam per multa privilegia Predeceſſorum noſtrorum fuerit Eccleſie ſue & ſuis predeceſſoribus conceſſum, Quod nullus etiam volente ipſo Epiſcopo, poſſet medius eſſe inter nos & Eccleſiam Gebennenſem, Exhibens etiam Privilegium Eccleſie ſue, ſecundo anno Regni noſtri per nos, circa rem hanc conceſſum, cum remiſſione omnis Juris Imperialis quod poterat Imperialis Majeſtas ſibi ullo unquam tempore vindicare in Civitate Gebennenſi, Suburbiis & limitibus ipſius Civitatis, pariter & Arcibus Epiſcopatus; Quibus omnibus auditis & ad plenum intellectis, eo Epiſcopo inſtante & Juſticiam perpencius a nobis poſtulante, a dilectis noſtris Henrico Vurgiburgenſi Epiſcopo & quam pluribus Archiepiſcopis, Epiſcopis & Principibus hic inferius nominatis judicium queſivimus; Qui omnes cognoverunt nobis non licuiſſe Berthodo Duci de Ciringe, nec unquam licere, alicui alteri ſuperioritatem Civitatis, Caſtrorum, & rerum pertinentium ad Eccleſiam Gebennenſem, in aliquem alium transferre, cum jam Epiſcopo & ſuis ſucceſſoribus remiſiſſemus quicquid juris in ipſâ ſuperioritate haberet Imperialis Majeſtas, ut de hiis plenam fidem faciebat idem Epiſcopus. Quibus intellectis & multis 1162.

1162. aliis racionibus, ad hoc animum nostrum moventibus, ipsam superioritatem totaliter remisimus & adjudicavimus prefato Episcopo, & suis successoribus in Ecclesia Gebennensi, silentium perpetuum imponentes prefatis Duci & Comiti, nichilque nobis penitus nec successoribus nostris Imperatoribus, in ipsa Civitate limitibus & Castris penitus retinentes, nisi tantummodo, dum nos & nostri successores facerent personaliter transitum per ipsam Civitatem teneatur ipse Episcopus cum suo Clero Letanias solempnes seu Sanctorum invocationes tribus diebus continuo facere pro conservatione & augmento Sacri Romani Imperii, Nec aliquid possumus ab eo quicquam, seu suis successoribus possit Imperialis Majestas in rebus Ecclesie Gebennensis sibi vindicare, sed remaneat ipse Episcopus & sui successores suppremus Dominus & Princeps Civitatis, suburbiorum & limitum ipsius Civitatis, & Castrorum Episcopatus Gebennensis, nullum ex hiis recognoscentes superiorem preterquam Beatum Petrum Apostolum, ob cujus reverentiam nos & nostri, in Sacro Imperio Predecessores talia contulimus privilegia & gratias. Eapropter hiis ad finem ordinabiliter perductis etiam interveniente consensu Ducis de Ciringe ac Comitis Gebennensis, qui nobis presentibus, venerabiliter veniam pecierunt ipsi Episcopo, eundem Episcopum, Ecclesie vestre & Civitatis Principem, universitati vestre cum plenitudine gratie nostre & supremo integralique Dominio Civitatis suburbiorum & Castrorum vobis remittimus. Mandantes omnibus vobis & firmiter precipientes quatenus eum & suos successores revereamini & honoretis, & servicia omnia ea exhibeatis, que veris Episcopis & supremis Principibus & Dominis vestris exhibere debetis; Declarantes hac nostra Imperiali auctoritate, unquam vos habere posse Dominum, Principem, neque supremum, nisi Arducium Venerabilem Episcopum, & ceteros sibi in Episcopatu succedentes. Adjicientes quoque jubemus & nostra pragmatica Constitutione sentimus, ne de cetero aliqua persona magna vel parva, Ecclesiastica vel secularis, Episcopum ipsum vel ejus successores in Ju-

ridic-

ridictionibus, regalibus, ſupremis Dominiis, Caſtris, ſive in 1162.
poſſeſſionibus Ecclesie Gebennenſis, Civitatis & ſuburbiorum cum eorum limitibus, inquietare, moleſtare, vel alias quomodo libet gravare preſumat. Si quis vero, contra hujus noſtri precepti temere venire preſumpſerit, mille libras auri pro pena ſolvet, medietatem fiſco noſtro, & aliam medietatem, prefato Epiſcopo Gebennenſi & ejus Ecclesie. Hujus autem noſtre Conſtitutionis & Confirmacionis Sententie & Ordinationis, pariter & remiſſionis teſtes plurimi Principes Imperii, quorum nomina ſunt hec, Conradus Pragenſis Archiepiſcopus, Reinaldus Colonienſis Archiepiſcopus, Ulricus Aquilienſis Patriarcha, Hylinus Treverenſis Archiepiſcopus, Wichmanus Magdeburgenſis Archiepiſcopus, Heraclius Lugdunenſis Primas & Archiepiſcopus, Stephanus Viennenſis Archiepiſcopus, Walterus Biſuntinenſis Archiepiſcopus, Harthwic. Bremenſis Archiepiſcopus, Willelmus Ebredunenſis Archiepiſcopus, Guido Ravenas Archiepiſcopus, Henricus Wirtiburgenſis Epiſcopus, Girardus Bambergenſis Epiſcopus, Henricus Leodienſis Epiſcopus, Hermanus Verdenſis Epiſcopus, Hermanus Conſtantienſis Epiſcopus, Conradus Vormacenſis Epiſcopus, Conradus Auguſtenſis Epiſcopus, Godofridus Trajectenſis Epiſcopus, Gero Halverſtatenſis Epiſcopus, Hermanus Hildeneſemſis Epiſcopus, Euergiſus Padelbernenſis Epiſcopus, Johannes Magdebergenſis Epiſcopus, Galfendonus Mantuanus Epiſcopus, Henricus Cumanus Epiſcopus, Gratianopolitanus Epiſcopus, Vapincenſis Epiſcopus, Vivarienſis Epiſcopus, Avinionenſis Epiſcopus, Hermanus Herſfeldenſis Abbas, Augienſis Abbas, Erlebaldus Abbas Stabulenſis, Abbas Sancti Galli, Eglolphus Morbacenſis Abbas, Salſenſis Abbas Winemburgenſis, Henricus Dux Bavarie & Saxonie Marchio, Albertus Fredericus Dux ſuevorum, Lodinus Clanogranus, Ottho Palatinus Comes de Withelinſbach & Fratres ejus, Fredericus & Ottho, Marchio Ottho, Miſſinenſis Marchio Theodoricus, Comes Theto, Ripoldus Dux Boem. Albertus Palatinus De Sumeſſembre, Hermannus Dux Karinthie, Godefridus Dux Lova-

1162. nie, Lodvicus Comes Lonensis, Godefridus Comes Durachiensis, Comes Albertus, Comes Cunradus, Willelmus Marchio Montisferrati, Opizo Marchio Malaspina & Fratres ejus, Wydo Comes Blandratensis & alii quamplures. Acta sunt hec Anno Dominice Incarnationis millesimo centesimo sexagesimo secundo, Indictione decima, Regnante Domino Frederico Romanorum Imperatore victoriosissimo, Anno Regni ejus decimo, Imperii vero septimo: Dat. in Archiepiscopatu Bisuntino, apud Pontem Laone super Saonam, septimo Idus Septembris, hac presenti pagina Sigilli aurei assueti impressione munita. In fine vero dictarum literarum Imperialium scripta erant hec verba videlicet, signum Domini Frederici Imperatoris invictissimi. In extremitate vero erant hec verba, videlicet Ego Herholfus Cancellarius vice Arnoldi Maguntinensis Archiepiscopi & Archicancellarii recognovi. QUIBUS QUIDEM literis diligenter inspectis per discretum virum Magistrum Jacobum Quentinoti Clericum Remeñ. Sacri Palatii Apostolici nec non Curie causarum Camere Apostolice ac Romane Curie Notarium, & coram nobis Scribam infrascriptum ipsas transumi, transcribi, & excemplari ac in publicam transumpti formam redigi fecimus & mandavimus. Decernentes & volentes ut huic presenti transsumpto publico sive excemplo plena fides deinceps adhibeatur ubilibet in locis omnibus & singulis quibus fuerit oportunum ipsumque transumptum fidem faciat & illi stetur, ac si ipse originales Imperiales litere apparerent. Quibus omnibus & singulis auctoritatem nostram ordinariam interposuimus & interponimus, pariter & decretum. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium premissorum, presentes nostras literas sive presens publicum Transumpti Instrumentum, vidimus nuncupatum, tenores dictarum literarum Imperialium in se continentes, sive continens exinde fieri & per dictum Magistrum Jacobum Quentinoti nostrum & dicte Curie causarum Camere Apostolice Notarium & Scribam infrascriptum subscribi mandavimus, sigillique dicte Curie causarum Camere Apostolice, quo in talibus utimur, jussimus & fecimus

mus appensione communiri. Dat. Rome, in domo habitationis nostre sub anno à Nativitate Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo tertio. Indictione primâ die vero decima nona mensis Novembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini Sixti divina providentia Pape Quarti, Anno tertio decimo. Presentibus ibidem discretis viris Johanne de Piscia & Cintio de Viterbio dicte Curie Notariis, Testibus ad premissa vocatis & rogatis. Et ego Jacobus Quentinoti Clericus Remeñ. publicus Apostolica & Imperiali auctoritatibus, nec nòn Romane Curie & Sacri Palatii Apostolici; ac Curie Camere Apostolice causarum Notarius, & coram Reverendo Patre Domino Johanne Prioris Auditore prefato Scriba. Quia premissis omnibus & singulis, dum sic ut premittitur, agerentur, exhiberentur, inspicerentur, decernerentur, dicerentur & fierent, una cum prenominatis testibus interfui. Eaque sic fieri vidi & audivi, ac in notam sumpsi. Idcirco hoc presens publicum Transumptum, sive transumpti in forma Vidimus Instrumentum manu alterius fideliter scriptum exinde traxi, confeci & publicavi, ac in hanc publicam formam redegi, ac cum dictis Imperialibus literis originalibus superius insertis de verbo ad verbum auscultavi, colationavi & concordavi, seu concordare inveni, illudque signo & nomine meis solitis & consuetis una cum appensione sigilli dicte Curie causarum Camere Apostolice signavi & subscripsi, in fidem & testimonium omnium & singulorum premissorum, rogatus & requisitus. Jacobus Quentinoti. 1162.

A ce Vidimus *est attaché le Sceau de la Chambre Apostolique.*

VIII.

Alia Bulla ejusdem Imperatoris in gratiam Episcopi & Ecclesiæ Genevensis, eadem die quâ Bulla præcedens concessa, anno 1162.

Collata cum Originali.

1162. *Voyez Tom. I. pag. 46. aux Notes.*

FREDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator & semper Augustus. Fidelibus suis Universo Clero Gebennensi & omnibus casatis & militibus & Burgensibus atque Civibus, & ceteris omnibus tam minoribus quam majoribus, ad Episcopatum Gebennensem pertinentibus, gratiam suam & omne bonum. Veniens ad nostre Majestatis presentiam dilectus noster Ardutius Gebennensis Episcopus in generali Curia nostra apud pontem Laone, ubi fere omnes Imperii nostri Principes convenerant, gravem querimoniam nobis exposuit, quod videlicet Dux Bertholdus de Ceringe, & Comes Gebennensis Amedeus Episcopatum Gebennensem, cui preesse dinoscitur violenter invaserint, & regalia omnia injuste sibi abstulerint. Episcopo igitur instante & justiciam perpensius a nobis postulante, à dilecto nostro Henrico Wirziburgensi Episcopo judicium quesivimus, utrum concessio illa de regalibus Gebennensis Ecclesie, quam Duci Bertholdo feceramus, stare posset vel deberet. Inde Wirziburgensis Episcopus communicato cum Archiepiscopis & Episcopis ceterisque Principibus consilio, Sentenciam cum laudamento & assensu communi in presentia nostra protulit, quod post primam investituram factam in Episcopum Gebennensem, in aliam personam transfundi non liceret, & concessio Duci facta nullatenus rata esse posset. Quod juxta nostram inquisitionem ab omnibus approbatum est. Inde est, quod ex judicio illam donationem quam Duci Bertholdo feceramus, penitus cassavimus, & in irritum reduximus & donationem quam Episcopo Gebennensi & Ecclesie sue feceramus, Imperiali auctoritate ita confirmamus

mus quod nullus habeat dominium in Civitate Gebennensi, nisi solus Episcopus. Preterea cum predictus Episcopus restitutionem in regalibus & in possessionibus Ecclesie instantius postularet, dilectus consanguineus noster Marchio Albertus de Saxonia requisitus à nobis de judicio restitutionis hanc secundam sententiam assentientibus Universis Principibus in medium promulgavit; Quod prefatus Episcopus per mandatum nostrum in ipsis regalibus & in ceteris possessionibus Ecclesie in integrum deberet restitui, & Dux Bertholdus atque Comes Gebennensis nostra preceptione essent cohercendi, quod deinceps de Regalibus & de possessionibus Gebennensis Ecclesie, nullo modo se intromitterent, & universa ablata ex integro resarcirent. Eapropter hoc ordine judiciario rite completo prefato Duci & Comiti Gebennensi, edicto Imperiali precepimus quatenus infra terminum competentem universa ablata Episcopo & Ecclesie cum omni integritate restituant: Et de cetero Episcopum vel Ecclesiam inquietare atque molestare desistant. His igitur omnibus ordinabiliter ad finem perductis, dilectum & honorabilem Principem nostrum Ardutium Venerabilem Episcopum vestrum Ecclesie & Universitati vestre, cum plenitudine gratie nostre & honoris sui remittimus: mandantes omnibus vobis & sub optentu gratie nostre firmiter precipientes, quatenus eum sicut Dominum & Episcopum vestrum cum pleno honore benigne suscipiatis, dignamque reverentiam & debita servitia, & de cetero impendere & exhibere studeatis. Adjicientesque jubemus & nostra pragmatica Constitutione sancimus, ne de cetero aliqua persona magna vel parva, secularis vel Ecclesiastica, dilectum nostrum Arducium Episcopum Gebennensem in hac Restitutione nostra seu Confirmatione, nec in Regalibus sive in possessionibus Gebennensis Ecclesie inquietare, molestare vel aliquo modo gravare presumat. Si quis vero contra hujus nostri precepti paginam temere venire presumpserit, mille libras auri pro pena componet, medietatem fisco nostro, & medietatem prefato Episcopo Gebennensi & ejus Ecclesie. Hujus autem nostre Constitutionis & Confirma- 1162.

1162. mationis testes sunt quam plurimi Principes Imperii, quorum nomina hec sunt, Cunradus Maguntin. Archiepiscopus, Rainaldus Coloniensis Archiepiscopus, Ulricus Aquileyensis Patriarcha, Hyllinus Treverensis Archiepiscopus, Wichmannus Megdeburgensis Archiepiscopus, Heraclius Lugdunensis Primas & Archiepiscopus, Stephanus Viennensis Archiepiscopus, Waltherus Byzuntin. Archiepiscopus, Hartwic. Bremensis Archiepiscopus, Willelmus Ebredunensis Archiepiscopus, Gwido Ravennas Archiepiscopus, Henricus Wirziburgensis Episcopus; Evardus Bambergensis Episcopus, Henricus Leodiensis Episcopus, Hermannus Verdensis Episcopus, Hermannus Constantiensis Episcopus, Cunradus Wormacensis Episcopus, Cunradus Augustensis Episcopus, Godefridus Trajectensis Episcopus, Gero Halverstatensis Episcopus, Hermannus Hildenesemsis Episcopus, Evergisus Padelbornensis Episcopus, Johannes Merseburgensis Episcopus, Udo Cycensis Episcopus, Daniel P-gensis Episcopus, Brandeburgensis Episcopus, Havelbergensis Episcopus, Osenbrugensis Episcopus, J. Syrus Papiensis Episcopus, Cremonensis Episcopus, Aycardus Parmensis Episcopus, Anselmus Astensis Episcopus, Vercellensis Episcopus, Novariensis Episcopus, Pergamesii Episcopus, Aquiensis Episcopus, Albensis Episcopus, Terdonensis Episcopus, Concordiensis Episcopus, Galsendonius Mantuanus Episcopus, Henricus Cumanus Episcopus, Gratianopolitanus Episcopus, Vapencensis Episcopus, Vivariensis Episcopus, Avinionensis Episcopus, Hermannus Herffeldensis Abbas, Augiensis Abbas, Erlebaldus Abbas, Stabulensis Abbas Sancti Galli, Eglolphus Morbacensis Abbas, Salsensis Abbas Winzemburgensis; Abbas Laurisamensis, Henricus Dux Bavarie & Saxonie, Marchio Albertus, Fredericus Dux Suevorum; Lodvicus Lantgui, Otto Palatinus, Comes de Withelinsbac & fratres ejus, Fredericus & Otto, Marchio Otto Missinensis, Marchio Theodoricus Comes Tetho, Ripoldus Dux Boem., Albertus Palatinus de Sumessembre; Hermannus Dux Karinthie, Godefridus Dux Lovanie, Lodvicus Comes Leonensis, Godefridus Comes Durachiensis, Comes

Comes Albertus, Comes Cunradus, Willelmus Marchio Montisferrati, Opizo Marchio Malaſpina & fratres ejus, Wido Comes Blandratenſis, & alii quamplures. Acta ſunt hec, Anno Dominice Incarnationis M°. C°. LXII°. Indictione X^a. regnante Domino Frederico Romanorum Imperatore Victorioſiſſimo, Anno Regni ejus X°. Imperii vero VII°. Dat. in Archiepiſcopatu Byſuntino, apud Pontem Laone, ſuper Saonam VI. Id. Septembris. 1162.

Le Sceau de l'Empereur eſt pendant à cet Acte.

I X.

Revocatio Alienationis facte à Duce de Ceringe, Amedeo Comiti de Juribus Regalibus Ecclesie Gebennenſis, & Privilegium quod nullus ſit medius inter Imperatorem & Epiſcopum.

Collat. cum Origin.

FREDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Clero & Populo Gebennenſis Eccleſie, Gratiam & omne bonum. Noverit veſtra dilectio veſtraque univerſitas, quod Venerabilem Epiſcopum veſtrum Arducium ad preſenciam Excellencie noſtre & Principum noſtrorum venientem, tanquam dilectum & honorabilem Curie noſtre Principem, ſolita Imperiali manſuetudine & honorificentia ſuſcepimus, & ejus querimoniis, quas pro alienatione Regalium Eccleſie ſue a Duce facta de Ceringe propoſuit, noſtras Auguſtales aures pro favore accommodavimus. Facta enim ejuſdem Ducis, que cum Amedeo Comite iniſſe dicitur modis omnibus prohibemus, & Imperiali actoritate revocamus in irritum. Nolumus enim ut unquam ètiam volente Epiſcopo ejuſdem Civitatis, Comes vel aliqua alia perſona medius poſſeſſor inter nos & Eccleſiam Gebennenſem exiſtat, quia tali facto & juſticia obviat & ratio contradicit, veſtreque Univerſitati, dilectum

Voy. Tom. I. pag. 46.

1162. Episcopum Arducium Principem nostrum, cum plenitudine gratie nostre remittimus, Monentes, & qua debemus actoritate precipientes, ut ei tanquam Domino & Patri vestro per omnia obediatis.

Le Sceau de l'Empereur est à cet Acte.

X.

Restitutio Jurium Ecclesie Gebenn. facta per Comitem Gebennensem & ejus filium occupatores.

Collat. cum Origin.

* Ces Lettres de l'Alphabet ainsi coupées, sont de même sur l'Original, ce qui fait présumer que l'autre moitié doit être sur le Double de cet Acte remis au Comte. On voit dans la *Diplomatique du P. Mabillon* pag. 429. un exemple de pareil Acte.

* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V

NOtum sit omnibus tam futuris quam presentibus, quod Amedeus Gebennensium Comes, peccatis nostris exigentibus & Ecclesie pacem diabolo turbante, contra jus rectumque regalia Episcopi & Ecclesie Gebennensis a Duce Bertoldo quesivit & accepit; Proinde Ecclesia Gebennensis multo tempore multis tribulationibus afflicta, tandem Deo miserante respiravit; Nam predictus Comes Amedeus, post multas afflictiones & mala innumera que Episcopo & Ecclesie Gebennensi intulerat, penitentia ductus, communicato Consilio cum Episcopis & Clericis, cum Religiosis & Secularibus viris, ipsa Regalia in manu Domini Arducii Gebennensis Episcopi, idem Comes & filius ejus Guillelmus grippiverunt, & ut firmam & integram pacem de ipsis regaliis ipsi & heredes eorum in perpetuum teneant Sacramento firmaverunt; Amedeus quoque junior filius Comitis hoc idem in manu jam dicti Episcopi Gebennensis laudavit, & tenere promisit; Huic actioni testes & confirmatores intersuerunt hii, Dominus Petrus Tarentasiensis Archiepiscopus, Guillelmus Maurianensis Episcopus, Antelmus Belicensis Episcopus, Amedeus Sedunensis Episcopus, Landricus

cus Lausannensis Episcopus, & ipse Dominus Arducius Gebennensis Episcopus, Brocardus Abbas Abundantie, Hugo Prior Valonis. Canonici, Amaldricus Decanus, Lambertus Decanus, Poncius Sacrista, Petrus de Velona, Amedeus de Anaisiaco. Milites, Guillelmus filius Comitis, Raimundus de Fulciniaco, Willelmus de Nangeio, Petrus de Balaisone & ipse Amedeus Gebennensium Comes. 1162.

Il y a eu deux Sceaux qui sont perdus.

X I.

Confirmatio Sententiæ contra Comitem Gebennensem per Papam Lucium III.

Collat. cum Origin.

LUcius Episcopus servus servorum Dei. Venerabilibus Fratribus Viennensi Archiepiscopo & Gebennensi Episcopo Salutem & Apostolicam Benedictionem. Quociens in malefactores Ecclesiarum Ecclesiastice districtionis, Sententia pro eorum excessibus canonice promulgatur, tamdiu in sua debet firmitate consistere, donec malefactores ipsi cogantur cum satisfactione condigna, que perperam gesserant emendare. Hinc est quod Sententiam quam in Comitem Gebennensem & terram ejus pro dampnis & injuriis Gebennensis Ecclesie canonice promulgatis, auctoritate Apostolica confirmamus, & usque ad satisfactionem debitam precipimus inviolabiliter observari. Dat. Velletr. Kal. Junii.

Le Sceau du Pape pend au bas de l'Acte.

XII.

Sententia, in Oppido de Aquis lata, per Robertum Archiepiscopum Viennensem, & Hugonem Abbatem Bonæ Vallis, super controversiis existentibus, inter Ardutium Episcopum & Willelmum Comitem. Gebennenses. Anno 1184.

Collat. cum Origin.

1184.
Voy. Tom. I. pag. 48. aux Notes.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi. Ego Rotbertus Viennensis Ecclesie Archiepiscopus. Et ego Hugo Abbas Bone Vallis, Cause que vertebatur iñt. Ardutium Gebennensem Episcopum, & Willelmum Comitem, delectione utriusque partis Cognitores constituti, recepto etiam Jure-jurando à Comite, & firma promissione, in verbo veritatis, ab Episcopo, & multis ex utraque parte receptis obsidibus, eandem controversiam de Bannis & Justiciis Gebennensis Ecclesie, Et de hominibus adventiciis, vel aliis, ad eandem Civitatem pertinentibus, ordine judiciario terminavimus in hunc modum. Exhibitis nobis ab Episcopo scriptis, Primum quidem gloriosi Domini nostri Imperatoris Frederici, de Regalibus ejusdem Civitatis, per Judicium in sollemni Curia habitum, & ejusdem Domini nostri sigillo, cum maximorum & plurimorum testium subscriptione firmatum, eidem Episcopo restitutis & confirmatis, ac deinde aliis scriptis, de Transactionibus inter Episcopum Humbertum Gebennensem, & Comitem Aymonem, Et inter eum qui nunc possidet, Ardutium Episcopum, & Comitem Amedeum, factis, & sigillis prædicti Humberti, Comitis que Aymonis primo scripto, firmato, secundo quoque firmato sigillis venerabilium Archiepiscoporum, Eradii Lugdunensis, & Stephani Viennensis, idoneis etiam testibus multis, de veritate eorumdem scriptorum & forma Transactionis, similiter etiam, de Transactione per venerabilem Archiepiscopum Petrum postmodum facta; diligenter examinatis, atque susceptis

ceptis legitimè, allegationibus etiam utriusque partis, cum omni diligentiâ auditis atque discussis, assidentibus nobis, venerabilibus Episcopis, Johanne Gratianopolitano, Lamberto Maurianensi, Petro quondam Maurianensi, & dilectis filiis nostris, Abbatibus G. Altecombaco, J. Alpensi, Stamesiensi, G. Habundantino, W. de Siz. J. Intermontano. Brô. olim Abbate sancti Mauricii, Prioribus quoque Cartusiensis Ordinis, de Repausatorio, de Vallone, de Pomerio, de consilio & assensu eorum, justicia mediante, decrevimus, ut earumdem Cartarum auctoritas inviolabilis perseveret, & per omnia fides debeat adhiberi: Adjudicavimus proinde, & firmâ auctoritate precepimus, ut Recordationes olim facte, per homines Episcopi & Comitis Gebennensium, & eorumdem juramento firmate inviolabiliter in perpetuum observentur, quas cognovimus tales fuisse. Bannum videlicet totius Geneve, in omnibus & per omnia, solius Episcopi esse. Justiciam & dominium, cujuscunque sit homo ad Episcopum solum pertinere, adventicios quoque, ex quo per annum & diem Gebennis moram fecerint, solius Episcopi esse. Et Comes in totâ Genevâ nullos homines capere debet: Hospitalitatem, Placitum generale, Forationes vini, & totum Rippale, Coroadam & mutationes domorum, si Dominus mortuus fuerit, debet ut Dominus possidere: Forum totius Ville & Justiciam fori similiter, solius Episcopi esse, Pedagium & Pascua solius Episcopi similiter; Comes quoque, per se, vel aliquem de suis, in pascuis Gebennensibus, nullas equitaturas capere debet. Monetam in manu solius Episcopi esse; Et si monetam falsam, quod absit, monetarii fecerint, nonnisi jussu Episcopi Comes Justiciam faciat: si quis vero latro captus fuerit, ipsum & omnia ejus Episcopus habere debet; si autem Episcopus eundem latronem damnare decreverit, Comiti reddat, ut Justiciam faciat: statio Comitis Gebennis, in cognitione Episcopi sit, ita tamen ut Comes & familia ejus, Ecclesie & Civibus, & Eccesiasticis rebus non noceant, & vadimonia sua, per vim alicui non ponat, Et cum recesserit, nisi ad pacem credi-

1184.

1184. toris non dimittat. De cetero, ſuper muro novo; quem Willelmus Comes conſtruxerat extra Caſtrum, per legitimos teſtes certiſſime coram nobis probatum eſt, quod per Reverentiſſimum virum ſupradictum Archiepiſcopum P. Tharentaſienſem in Tranſactione per eum factâ, inter Epiſcopum Arducium Gebennenſem, & Comitem Amedeum diffinitum eſt, & ſub excommunicatione prohibitum, ne extra murum veterem Caſtri, aliquis uſquam murus conſtrueretur, & conſtructus extra veterem demoliretur; Propter quod in noſtri quoque judicii ſententiâ dictum eſt, & diffinitum: ut idem murus demoliatur, & nullas contra predictam Tranſactionem, & tanti Pontificis Excommunicationem, extra veterem murum Caſtri deïnceps edificetur. Allegavit reverà Comes Willelmus juſticias latronum & adulterorum, ſe, per longa tempora, & patrem ſuum accepiſſe & tenuiſſe, quod Epiſcopus & Gebennenſis Eccleſia non confitebatur, Et quia per Tranſactionem factam, primò inter Humbertum Epiſcopum, & Aymonem Comitem, coram Viennenſi Archiepiſcopo; poſtmodum etiam ſecundo, per Tranſactionem factam, inter Amedeum Comitem & Ardutium Gebennenſem Epiſcopum, coram Venerabilibus Archiepiſcopis, Lugdunenſi & Viennenſi, tertio etiam coram Tharentaſienſi, in quâ expreſſum fuit, poſt excommunicationem factam, de Muro, ut ſupra dictum eſt, ut priora placita inviolabiliter tenerentur, longeva illa poſſeſſio, & ſi eſſet, interrupta totiens fuit, eam, ei non poſſe prodeſſe judicavimus, & in omnibus, ſicut ſuprà dictum eſt, bannum totius Geneve, & reliqua ſuperius ſcripta, patres noſtri ſupradicti, Eccleſie Gebennenſi adjudicaverunt, Et ipſe Willelmus Comes totius Civitatis dominium, ad Gebennenſem Eccleſiam confeſſus eſt, Et quod ibidem habet, ab Epiſcopo tenere. Additum eſt etiam in ſententia, Quia Comes Willelmus contra omnem rationem occaſione criminum, in quoſdam Regulares & Clericos, etiam manus injecerat, & in Eccleſiarum patrimonia, ne amplius occaſione criminis, furti, homicidii, vel alterius, in regulares vel Eccleſiarum patrimonia, vel in bonis mobilibus,

libus, manus injiciat, vel injici faciat; Nec in Clericos etiam 1184.
seculares, qui sunt in Gebennensi Comitatu, donec culpa Episcopo manifestata fuerit & probata, & ipsi ab Episcopo exauctorati fuerint vel degradati. Testes hujus sententie omnes predicti, & de Clericis Gebennensis Ecclesie, isti, Poncius Sacrista, Nantelinus Prepositus, Bartholomeus Decanus, Poncius de Saisireu Decanus, Anselmus de Willunay, Petrus de Dorchia, Roso de Confignon, Freuvardus, Guitbertus, Giroldus de Villeta, Willelmus Jospergue, Petrus Baucanus, & alii Clerici: Et de Laïcis, Boemundus Laurencius, Mauritius Jordanus, & alii multi. Hanc sententiam Comes Willelmus sic à nobis prolatam suscepit, & observare promisit coram nobis duobus, & supra:criptis tribus Episcopis, aliis quoque personis, pene universis Militibus, quoque Amedeo, fratre Comitis, Willelmo de Nangeio, Petro de Cletis, Willelmo de Festernâ, Willelmo de Graisie, Willelmo de Altavilla, Guidone Bresienco, Willelmo Turumberti, Willelmo de Ayma, & aliis multis. Lata est hec sententia, in Oppido de Aquis, anno ab incarnatione Domini millesimo C°. octuogesimo quarto: Presidente in Sanctâ Romanâ Ecclesiâ Beatissimo Papa Lucio III. Imperante glorioso Frederico semper Augusto. Scripta est presens per manum Petri Notarii Viennensis, de precepto nostro, & diligenter examinata, nostris & aliarum personarum munita Sigillis.

Il y avoit sept Sceaux pendans à cet Acte, dont il n'en reste que quatre en entier.

XIII.

XIII.

Literæ Friderici Imperatoris per quas omnes & singulas possessiones, quas Gebenn. Episcopus & successores possederunt, possident & possidebunt, & quæcunque bona usibus ipsius Ecclesiæ perpetuò profutura, confirmat & corroborat. Anno 1185.

Collat. cum Origin.

1185. IN nomine Sancte & individue Trinitatis; Fridericus Divina favente Clementia Romanorum Imperator & semper Augustus. Quamvis omni petitioni, que ad usus hominum, & ad utilitatem spectat Ecclesiarum, ex culmine Regie dignitatis dignum ducamus acquiescere, Precipue tamen his obsecundas re proponimus, quibus & in adversis sicut & in prosperis idem nobiscum est animus. Igitur tam omnium, tam futurorum, quam presentium Christi Regniq; fidelium in perpetuum sollers noverit industria, quod venientem ad Curiam nostram dilectum nostrum Namtelinum Venerabilem Gebennensem Episcopum, sicut tantum Principem nostrum decuit benigne recepimus & in his, que ad domum Regie Majestatis spectabant Imperiali Sceptro eum promovimus. Deinde pie petitioni ipsius clementer annuentes quecunque bona, vel possessiones Ecclesia sua Gebennensis possedit aut in presentiarum possidet, vel in futuro largitione Regum, seu oblatione aliorum fidelium poterit adipisci, Regia auctoritate ejusdem Ecclesie usibus in perpetuum profuturis confirmamus, & presentis privilegii scripto tam prefato Episcopo, quam successoribus suis corroboramus; Statuentes, ut nulla magna vel parva persona, hanc nostram confirmationem infringere presumat; Sed si quis, quod absit, contumacia ductus huic nostre corroborationis pagine temere contraïre temptaverit, Regali banno subjaceat & LX. libras auri in compositione persolvat medietatem Camere nostre, & medietatem jam dicte nostre

Eccle-

Ecclesie ; Et ut hec omnia omni in posterum tempore, rata 1185.
& inconvulsa permaneant presentis pagine Sigilli nostri impressione munita, Testes subnotari fecimus quorum nomina sunt hec, Petrus Hebredunensis Archiepiscopus, Bonefacius Novariensis Episcopus, Fredericus Argentiñ. Prepositus, Comes Henricus cltiet., Rodulfus Camerarius, & alii quam plures. Hoc donum factum est Papie XIII. Calendas Decembres Anno Dominice Incarnationis M°. C°. LXXXV. Indictione III.

Le Sceau de l'Empereur est pendant à cet Acte.

X I V.

Bulla Papæ Urbani III. qua confirmat Sententiam latam per Robertum Archiepiscopum Viennensem & Hugonem Abbatem Bonævallis super Controversiis existentibus inter Arducium Episcopum & Willelmum Comitem.

Coll. cum Origin.

URbanus Episcopus servus servorum Dei, Venerabili Fratri Nantellino Gebennensi Episcopo Salutem & Apostolicam Benedictionem. Ex tenore autentici Scripti nobis innotuit, quod cum discordia que super bannis & justiciis Ecclesie tue & hominibus adventiciis vel aliis ad Civitatem pertinentibus inter bone memorie Arducium Antecessorem tuum & Willelmum Comitem Gebennensem emerserat, Venerabilis Frater noster Rotbertus Archiepiscopus Viennensis & dilectus filius Hugo Abbas Bone Vallis suscepissent de assensu partium terminandam. Comes jurejurando & in verbo veritatis Episcopus promiserunt eorum arbitrium inviolabiliter observare. Multi etiam obsides de recipiendo & servando arbitrio juraverunt. Veritate itaque diligentius inquisita decreverunt ut recordationes olim facte per homines Ecclesie atque Comitis,

1185. & eorundem juramento firmate perpetuo inviolabiliter obſerventur. Unde quoniam, ut majorem habeat firmitatem arbitrium ipſum, ſcripto noſtro poſtulas roborari, tuis juſtis poſtulationibus annuentes, illud ſicut in ſcripto autentico continetur, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Ejus vero talis eſt tenor. In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Ego Robertus, &c.

*C'eſt l'Acte XII. inſeré ci-deſſus p. 36.

NB. *Ici eſt inſeré l'Acte de ladite Sentence * Archiepiſcopale tout au long, lequel finit au milieu de la ligne penultieme, au mot* Sigillis; *après lequel le Pape continue le preſent Acte dans les termes ordinaires;*

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ſe noverit incurſurum. Datum Verone II. Id. Decembr.

Le Sceau du Pape eſt pendant au bas de l'Acte.

X V.

Litere Friderici Imperatoris, quibus Comes Gebenn. condemnatur ad ſolvenda Epiſcopo Gebenn. pro damnis & injuriis 20. milia ſoldrum. licentiaque tribuitur dicto Epiſcopo, capiendi è bonis Comitis, uſque ad hunc valorem. Anno 1186.

Coll. cum Origin.

1186. FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus, Univerſis Romani Imperii fidelibus ad quos preſens ſcriptum pervenerit, gratiam ſuam & omne bonum. Imperialem decet Majeſtatem in rebus variis gratiam moderari & vindictam, ut fidelibus ad vota pro ſerviciis reſpondeat, & culpas rebellium digna ultionis animadverſione com-

compescat. Eapropter notum facimus universitati vestre. Quod Willelmus Comes Gebennensis legitima citatione coram Majestate nostra constitutus, juravit stare mandatis nostris super injuriis & excessibus, & dampnis, que dilecto nostro Namtellino Gebennensi Episcopo & Ecclesie Gebennensi dinoscitur intulisse, qui subterfugiendo justiciam à Curia nostra clam recessit, & dum juramenti sui fideique constantiam expectaremus dejeravit. Habito igitur Principum prudentumque nostrorum consilio, consultisque Curie nostre Judicibus, judiciali Sententia, ipsum Comitem Banno Imperiali subjecimus, legali judicio condempnatum ad omnimodam restitutionem dampnorum, que predicto Episcopo & Ecclesie irrogavit. Ideoque statuimus, ut idem Episcopus de prediis antedicti Comitis, usque ad summam viginti millium solidorum liquido declaratam recipiat; ad hec eidem Episcopo plenam damus auctoritatem ab eodem Comite & bonis ejus, exigendi mille libras auri, propter prevaricationem privilegii nostri, sicut in eo continetur. Judiciario quoque ordine data est in ipsum Comitem sententia, ut omnia feoda & beneficia, que habuit ab Episcopo & Ecclesia Gebennensi ad ipsum Episcopum, & ad Ecclesiam libere revertantur, quibus Comes per culpam & contumaciam suam justo privatus est judicio, & ad sepe dictum Episcopum & Ecclesiam suam judiciali sententia redierunt. Ita quod nos omnes illos, qui mediantibus eisdem feodis aut beneficiis, Comiti fidelitate fuerant astricti, omnino absolvimus, & pro eisdem bonis Episcopo & Ecclesie eadem fidelitate debere teneri censemus. Quocirca vobis mandamus & sub optentu gratie nostre, ac debito fidelitatis, firmiter & districte precipimus, quatenus sepius dictum Comitem, tanquam bannitum & publicum hostem Imperii habeatis, & Episcopo Gebennensi & Ecclesie sue in recuperatione dampnorum suorum constanter assistentes in rebus & persona, Comitem persequi non desistatis. Sciturі profecto quod qui in persecutione ejus tepuerint, iram indignationis nostre se noverint graviter incurrisse: Hujus rei testes sunt Hermannus Monasteriensis 1186.

1186. ſis Epiſcopus, Albertus Vercellenſis Epiſcopus, Milo Taurinenſis Epiſcopus, Johannes Prepoſitus ſancti Germani De Spira, Ulricus de Gudembor, Warnerus de Bollandia, Sirus Salembin. papienſis, Ido Tardonenſis Judices Imperialis Aulæ; Bonus Johannes Advocatus Vercellenſis, Rodulphus Camerarius, & alii quàm plures; Datum apud Caſale Anno Dominice incarnationis M°. C°. LXXXVI°. Indictione IV°. Calendis Martii.

Le Sceau de l'Empereur eſt pendant au bas de l'Acte.

X V I.

Prædictæ Sententiæ Declaratio facta ab eodem Imperatore, atque ad Epiſcopum Genevenſem directa.

Collata cum Originali. 1186.

FRidericus Dei gratiâ Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus, dilecto ſuo Nantellino, Gebennenſi Epiſcopo, gratiam ſuam & omne bonum. Attendentes deſperatam rebellionem & pervicaciam Willelmi quondam dicti Comitis Gebennenſis, quem pro ſceleribus & exceſſibus ſuis, quos in Gebennenſem Eccleſiam exercuit, & exercere non deſinit, legali ſententiâ, Curie noſtre proſcriptum, auctoritatis noſtre banno, publicè ſubjecimus, tanquam manifeſtum hoſtem Imperii; Tibi concedimus ut omnia feoda, que à manu tua tenebat, tibi judicialiter abjudicata, in poteſtatem tuam liberè recolligas, & partem ex eis, ſtrennuis ac fidelibus viris, qui Gebennenſem Eccleſiam debeant & poſſint defendere, & abſque omni diſſimulatione, predicto hoſti noſtro, gerram facere, liberaliter, feodali nomine concedas, quod gratum habemus, & Imperiali auctoritate confirmamus. Datum apud Mulenhuſen, anno Dominice Incarnationis M°. centeſimo, octuageſimo ſexto, Indictione quartâ, ſexto Calendas ſeptembris.

Le Sceau manque à cet Acte, il n'en reſte que le cordon.

XVII.

1186.

XVII.

Ejusdem Sententiæ Declaratio ab eodem Imperatore facta omnibus de prædio Gebennensis Ecclesiæ à Comite Gebennensi infeodatis.

Coll. cum Origin.

FREDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator, & semper Augustus. Omnibus de predio Gebennensis Ecclesie a Comite Gebennensi infeodatis gratiam suam & omne bonum. Nosse volumus universitatem vestram, quod Willelmum Comitem Gebennensem pro injuriis & violentiis quas dilecto nostro Gebennensi Episcopo & Ecclesie Gebennensi intulit, aliisque suis excessibus in banno Imperiali posuimus; & omnia feoda que a Gebennensi Ecclesia tenebat, per sententiam Curie nostre ei abjudicavimus, & illos qui fidelitatem super hujusmodi feodis eidem Comiti fecerunt, a fidelitate illa absolvimus. Mandamusque vobis Imperiali auctoritate precipientes quatenus deinceps de fidelitate quam ei super feodo predicte Ecclesie fecistis per nos penitus absoluti, nullum prorsus ad eum, sed ad Gebennensem Ecclesiam habeatis respectum, & eum tanquam manifestum Imperii inimicum tam in rebus quam in personis persequamini. Cum legitime citatus in presentia nostra constitisset, & super predictis excessibus suis mandato nostro jurasset stare, dejeravit, & subterfugiendo a Curia nostra & a facie Majestatis nostre nobis ignorantibus, recessit. Scire enim debetis, quod si in persecutione predicti Comitis tepidi extiteritis eidem pene & culpe quantum facultas vestra valet subjacebitis.

Le Sceau est pendant à cet Acte.

XVIII.

Arbitramentum factum super differentia existente, inter R. D. Nantelinum Episc. Gebennensem, & Illust. D. Willelmum Comitem Gebenn. per D. Archiep. Vienn. Anno 1187. *vel potius* 1186.

Collat. cum Origin.

1187. ROtbertus Dei miseratione, Viennensis Archiepiscopus, cunctis in Christo fidelibus salutem & pacem à Domino nostro Jesu Christo in perpetuum. Discordia que erat inter Dominum Nantelinum Gebenn. Episcopum & Wilielmum Comitem Gebenn., sic est terminata. Sententia que fuit data a nobis & ab Hygone Venerabili Abbate Bone Vallis, assistentibus nobis J. Gratianopolitano, & L. Mauriennensi Episcopis, apud Aquis, & aliis multis Abbate Bonimontis, & Abbate Alpense & Willelmo Habundantie, & de Intermontes, Abbatibus & V. de Repausatorio & Valonis, Prioribus Cartusiensibus, & aliis tam Clericis quam Laicis, sicut in Instrumento autentico continetur, quod ibi fuit factum, & Sigillis nostris insignitum, tanquam justa & juste lata immobilis perseveret. verumtamen pro bono pacis, & maximè compaciendo miserabili afflictioni terre Jherosolimitane, in quâ vera crux nuper capta est, Quandam suffrenciam facit Gebennensis Ecclesia ad tempus, in duobus, videlicet in hominibus quos Comes tenebat pro suis, & muri dirutione, qui homines secundum Sententiam apud Aquis latam, Episcopo competebant; Et novus murus Castri, quem Comes Willelmus contra placita & excommunicationem fecerat, dirui debebat; Et si enim Comes hec duo non exequeretur, videlicet homines Episcopo restituendo, & murum diruendo, sicut deberet juxta illam sententiam, non tamen propter illum defectum, ab Episcopo fiet ei guerra, nec terra ponetur in interdicto. Quando vero Episcopus voluerit compellere Comitem, ut duo predicta exequatur,

quatur, juxta Sentenciam Aquis latam, ipſum Comitem & familiam ſuam ponet in interdicto, & pro hoc interdicto, Comes nec ſui, Epiſcopo vel rebus Ecleſie guerram facient. Et in predicto muro nunquam aliquid amplius fieri debet. Dominium totius Civitatis & Ville Gebenñ., ſolius Epiſcopi eſt. Et quod Comes habet ibidem, ab Epiſcopo habet. Bannum & Juſticiam habet Epiſcopus ibidem, integre, ſuper omnes homines cujuſcunque ſint. Quando verò Epiſcopus ad Dominum Papam, vel Imperatorem iverit, homines quos Comes ſuos facit auxilium facient ei ſicut alii. Adventicii omnes undecunq; Gebennis venerint, niſi infra annum & diem, ab eorum Dominis reclamatum fuerit, deinceps Epiſcopi erunt. Homines omnes Ecleſie tam Clerici, quam laïci ſemper ſunt tuti & res eorum. Homines quos Comes ſuos facit qui cum Epiſcopo in Civitate remanſerunt, & cum eo guerram fecerunt, per triennium infra Civitatem & Villam Gebennenſem ſunt tuti. Quia vero Epiſcopus Dominus eſt Territorii Gebennenſis tanquam Dominus edificabit ubicunque voluerit & ſicut ei placuerit. Juſticie omnium Clericorum in toto Gebenñ. Epiſcopatu, ſunt Epiſcopi; Et Comes nec ſui, pro aliquo delicto vel fore facto, debent mittere manum in aliquem Clericum vel in aliquem Religioſum, nec in patrimonium Eccleſiarum. Clerici tamen, ſi degradati eſſent, poſtea tantum in poteſtate Comitis ſunt hii quidem qui de villis ſive de Caſtris Comitis eſſent. Et in hac pace fuit dictum & firmiter promiſſum; Quod ſi Comes aut filii ſui, vel homines ejus, hanc conventionem vel pacem fregerint, & infra quadraginta dies, Comes ammonitus non emendaverit, murus ſupra dictus ſine omni occaſione debet deſtrui. Et univerſe, homines, quos Comes habet pro ſuis in Civitate & Villa Gebenñ, in pace debent Eccleſie Gebenn. & Epiſcopo, in perpetuum dimitti. Et ſecuritates proïnde omnes, tam nobiles, quàm vavaſſores, tenentur Juramento, ut murum deſtruant, aut deſtrui faciant & homines ſupradictos in pace Eccleſie & Epiſcopo dimitti. Duos homines quos Comes habebat pro ſuis, & eorum here-

1187.

1187. heredes quorum hec ſunt nomina, Willelmus Percevinus, & Petrus de Cruſillia, & A. Frater ejus, pro uno, Comes Epiſcopo habendos, in perpetuum dimiſit. Nobiles etiam juraverunt, quod ſi contra hanc pacem, Comes aut ſui facerent, Et Comes ammonitus infra XL. dies non emendaverit, guerram vivam debent facere Comiti, ſi Epiſcopus voluerit, Nec pacem nec trevam poſſunt facere cum Comite, niſi Epiſcopus pacem vel trevam fecerit, aut Comes fractum pacis emendaverit. Vavaſſores triginta debent ſingulis annis in obſtagiũ, bis in anno, videlicet in octabis Paſce, & feſto Sancti Michaelis, Gebennas venire, nec inde debent recedere, donec pax, ſi fracta fuerit, ſit emendata, & ſi aliquis, vel aliqui eorum deceſſerint, alii debent in obſtagium ſtare, donec alius vel alii loco eorum fuerint dati. Nobiles obligaverunt filios ſuos in predicto Juramento, quod pactum placiti hujus, bona fide, ut patres eorum obſervarent: Juravit Comes ſuper corpus Chriſti, juraverunt filii ejus & Nobiles etiam ſuper ſacras Relliquias, Henricus de Fulcinie, Amedeus de Jaiz fratres Comitis, Willelmus de Nangie, Petrus de Ternier. Obſides quoque tenentur hoc facere, Juramento. Quod ſi Comes vel ſui pacem fregerint, & Epiſcopus vel ſui guerram fecerint, nullum Comiti auxilium præſtare debent; Et ſinguli quod oſtagium teneant, debent dare fidejuſſores. In Juramento vero Nobilium hoc continetur; Quod Epiſcopus cum caſtris eorum, poteſt guerram facere. Et illi omnes qui pro pace fracta, cum Epiſcopo guerram fecerint, in caſtris Nobilium debent tornare ſecuri. Ne verò huic facto tam celebri & ſollemni, aliquid abeſſet, poſt miſſam celebratam, ante altare ſancti Petri, protulimus ſentenciam in quam partes conſenſerunt. Pro teſtibus vero affuerunt J. Gracianopolitanus & Lambertus Maurianenſis Epiſcopi, J. Bonimontis, & J. Alpenſis Abbates, Ciſtercienſis Ordinis, Willelmus Habundantiæ, & J. de Intermontes, Abbates in Regula beati Auguſtini, Du. de Repauſatorio & Laurentius Valonis in Ordine Cartuſiens. Priores. B. de Anaſſiaco, & P. de Dorchia, & A. de Will.

Doſp.

Dosp, Decani & Canonici. Fre. Guitb. Jo. Canonici & Sacerdotes, A. de Confinio; Fal. de Nangiaco, Ay. de Alta-Villa, R. de Arto, W. de Ternier, P. Ballez, Canonici, W. de Arsina, Alt. de Alta-Villa, A. de Nangie, & R. frater ejus, V. de Curte, Milites, Lam. Jord., Domnus Ro., Capellani Gebennenses, Ste. Mauricius, Pe. Ruffus, Sacerdotes, P. Senescallus, Mauricius, Vilanus, La. de Rip. T. Petrus Clericus, & G. fratres, Ro. de Antiez, Jo. Pistor, An. Tavel; factum est hoc Dño Gregorio Presidente Sancte Romane Ecclesie, Frederico feliciter Imperatore, Nantelino Gebennensi Episcopo, W. Comite, Mense februarii, die dominico: Notata & confirmata fuit hec actio & sentencia, per manum Domini Henrici de Fulcigniaco & Baronum, quos Comes misit, & insignita est; patratum est hoc negocium, Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo centesimo octuagesimo sexto.

Il y a trois Sceaux pendans au bas de l'Acte.

XIX.

Declaratio Thomæ Comitis Maurianensis, anno 1211.

Coll. cum Origin.

UNiversis ad quos presens Scriptum pervenerit. Rodulphus Bonimontis & Willelmus Alpensis Abbates, Cisterciensis Ordinis, & Giroldus Decanus Alingii, Salutem in auctore salutis. Noverit universitas vestra, Quòd Dominus Bernardus Gebennensis Episcopus in nostrâ præsentia juxta Lugrins, per fidelitatem requisivit à Comite Mauriannensi Thoma, & prohibuit & contradixit eidem Comiti per fidelitatem: ne super Regalibus Gebennensibus pacem faceret, & ne eadem Regalia etiam darentur illi, reciperet, quia erant si de jure Ecclesie Gebennensis. Ipse vero Comes respondit, quod su-

1211. Voyez Tom. I. pag. 49. au Texte & aux Notes.

1211. per Regalibus nunquam moueret causam contra Ecclesiam Gebennensem, nec acciperet sive reciperet jus Ecclesie Gebennensis. Huic facto presentes fuerunt Morardus Prior de Vivo, juxta Fabricas, & Mafredus Clericus. Actum Anno Incarnation. Domini millesimo ducentesimo undecimo, in festo Calixti Pape.


Il y a deux Sceaux pendans à l'Acte.

X X.

Conventus, & Homagium Comitis Gebennensis, anni 1219.

Coll. cum Origin.

1219. *Voiez Tom. I. pag. 50. au Texte.*



ANno Domini M. CC. XIX. VI. Idus Octobris, Aymo Gebennensis Episcopus, & Nobilis Vir W. Gebennñ. super omnibus querelis, discordiis & controversiis, que inter ipsos vertebantur, compromiserunt in Dominum Johannem Viennensem Archiepiscopum & juraverunt se stare dicto vel mandato ipsius & ejus dicta vel mandata, se inviolabiliter observaturos. Dominus etiam Archiepiscopus, habito consilio Religiosorum & discretorum virorum scilicet Abbatum Albensis & Habundantie & Priorum Chartusiensis Ordinis de Anzone, de Repazatorio & de Pomeriis, & Prioris sancti Johannis Gebeñ., & multorum aliorum, super dominio Civitatis Gebeñ. & super aliis, pro quibus discordia quondam fuerat vel adhuc esse videbatur inter Episcopos & Comites Gebenñ.; diligenter inspectis compositionibus & transactionibus inter ipsos olim factis sub hac forma statuit observandum. Dominium, Bannum & Justicia totius Civitatis Gebenn., in omnibus & per omnia cujuscunque sint homines, Adventicii quoque ex quo, per annum & diem, Geben. moram fecerint, Hospitalitas, Placitum Generale, Forationes vini, & totum Ripale, Coroade & mutationes domorum cum Dominus mortuus fuerit, & fo-

rum

rum totius Ville & Justicia fori, Pedagium & Pascua, Moneta, Latrones, & bona eorum ad solum Episcopum pertinebunt. Quatuor vero Officiales Comitis Senescalcus, Marescalcus, Panaterius, & Boteillerius, eadem qua familia Episcopi libertate gaudebunt. Comes aliquem hominem capere non debet in tota Civitate Gebenna, nec aliquas Equitaturas in Pascuis Gebenn. per se vel per alium capere debet, vel capi jubere; Monetarios si falsam monetam, quod absit, fecerint, Comes nec sui punire nisi mandato Episcopi Officialium non presument; similiter nec adulteros nec latrones nisi eisdem vel suis ab Officialibus Episcopi puniendi tradantur; latrones verò in ea veste cum qua capti fuerint, sunt tradendi, nec Comes nec familia ejus, Ecclesie vel civibus in rebus vel personis nocere debet, nec vadimonia sua per vim alicui mittere & cum recesserit non nisi cum pace creditoris ea debet recuperare. Gebenn. Episcopus tanquam Dominus in territorio Geben. ubicunque voluerit & sicut sibi placuerit edificabit. Comes in toto Gebennensi Episcopatu in aliquem Clericum vel Religiosum pro aliquo delicto vel forfacto nullam Juridicionem habebit, nec bona eorum sive vita sive post mortem occupabit. Clerici qui de Villa vel de Castris Comitis fuerint, post degradationem erunt in Comitis potestate. Quia vero in antiquis compositionibus in presentia Domini Roberti quondam Viennensis Archiepiscopi factis, quas in omnibus aliis firmitatem habere statutum est, quedam apposita erant que de facili non videbantur posse compleri, Scilicet de destructione muri domus Comitis & de ostagiis & securitatibus, pro pace servanda prestandis; surper hiis tale Dominus Archiepiscopus decrevit remedium adhibere; Quicunque fuerit Archiepiscopus Viennensis, in ejus erit arbitrio, quid de predicto muro sit faciendum, nec aliqua poterit opponi prescriptio quin imo ejus voluntas quam mandaverit impleatur; Pacem & omnia premissa promisit Willelmus & tactis sacrosanctis Evangeliis juravit se bona fide per omnia servaturum & poenam apposuit duodecim mille solidorum Geben. monete ipsi Epscopo

1219.

1219. ſolvendorum ſi Villelmus vel ſui pacem fregerint & admonitus ad cognitionem Priorum Sancti Johannis & Sancti Victoris vel aliorum ab Archiepiſcopo Viennenſi qui pro tempore ibidem fuerit ad hoc electorum ultra quadraginta dies diſtulerit emendare. Pro hac pena ſe obligaverunt ex mandato Willelmi & juraverunt ſe tenere oſtagium, cum ab Epiſcopo requiſiti fuerint in Civitate Gebeñ. vel in Caſtro de Aneiſſieu, donec de predicta pena Epiſcopo fuerit ſatisfactum, Dominus de Geth pro M. ſolidis, Humbertus de Laroche pro D. ſol; Petrus de Ternieu pro M. ſol; Albertus de Compeis pro M. ſol, Radulphus de Nangieu pro M. ſol. Willelmus de Willeta, pro D. ſol; Thomas de Willeta, pro D. ſol; Jacobus de Caſteillon pro D. ſol; Petrus Mareſcalcus, pro D. ſol.; Jacobus Portarius, pro D. ſol.; Bremundus, pro D. ſol; Raimondus de Rumillieu pro D. ſol., Willelmus Dominus de Menthons, pro M. ſol.; Raimondus Doint, pro M. ſol.; Jocerandus de Clees, pro M. ſol; Ugo de Cornilon, pro D. ſol; Willelmus de la Tor, pro D. ſol. Ad majorem autem pacis firmitatem & dilectionem Epiſcopus Gebeñ., Willelmum, tanquam hominem ſuum ligium & Caſtellum Gebeñ. ſub ſua defenſione & protectione recepit. Similiter & Willelmus Epiſcopum Gebeñ. tanquam Dominum ſuum, & Munitionem de Inſula ſub ſuâ defenſione & protectione bona fide recepit; Ita quod neuter aliqua occaſione vel diſcordia in perſonis vel predictis munitionibus ſibi ad invicem nocere vel dampnum inferre vel machinari poterunt, niſi prius Epiſcopus Willelmo, & Archiepiſcopo Viennenſi & Willelmus Epiſcopo & Archiepiſcopo conqueſti fuerint & injurians & injuriato ſatisfacere contempſerit, eo ſalvo quod de muro ſupra dictum eſt. Hoc & Dominus Epiſcopus ſub Religione Ordinis ſui, & Willelmus Juramento interpoſito promiſerunt ſe ſervare; Et additum eſt quod ſi forte quod abſit alteruter contravenire preſumpſerit omnem penam & omne dampnum ſubeat, quam vel quod in tali caſu vel conſimili jura precipiunt infligenda. Preterea Dominus Archiepiſcopus promiſit quod ſententia Gebeñ. Epiſcopi quam

quam in W. si predicta non observaverit, promulgare voluerit, in tota Provincia Viennensi nunciari precipiet & servari. Sententia vero, que pro muro supradicto in Willelmum & uxorem, & familiam ejus lata erat, est ab Archiepiscopo relaxata, nec nisi mandato Archiepiscopi poterit de cetero innovari. SANE WILLELMUS HOMINIUM LIGIUM FECIT EPISCOPO ET FIDELITATEM CUM JURAMENTO PROMISIT, EPISCOPUS VERO IPSUM WILLELMUM DE FEUDO COMITATUS, CUM ANULO INVESTIVIT; & sic amici facti, omnem injuriam & omnem querelam, quas quondam inter se habuerant, sibi ad invicem remiserunt. Actum apud Disingieu in domo Capellani. Testibus presentibus Abbate De Intermontes, Priore Sancti Victoris, Raimondo Preposito Geben. Giroudo Decano de Salanche, Ludoico & Aymone De Graisieu, Grasso de Alta-villa, Ugone de Sallanova, Berlione Vicario Vivariensi; Morardo Capellano Domini Archiepiscopi, Guifredo de Brenenes. Canonico Viennensi, Bellino Clerico. Ad perpetuam autem firmitatem & memoriam rei geste, Dominus Johannes Viennensis Archiepiscopus & Aymo Geben. Episcopus, & Nobilis vir Willelmus Geben. presens Instrumentum Sigillorum suorum munimine confirmarunt. Dat. per manum Petri de Harenis Cancellarii Viennensis. 1219.

Il y avoit trois Sceaux à cet Acte dont il ne reste que celui du Comte.

X X I.

Declaratio Domini de Gex circa Villam Moinx.

Collat. cum Origin.

IN nomine Sancte & Individue Trinitatis, Amen. Noverint universi presentes & futuri. Quod ego Amedeus, Dominus de Jay, recognovi & confessus sum, in presentia Venera- 1236.

1236. bilis Patris in Christo, Aymonis Gebennensis Episcopi, me nichil juris habere, in hominibus & Villa de Moinx, & ejus pertinenciis, jure bagnorum, justiciæ, usagiorum, juris consuetudinisque cujus-libet, de jure vel de facto; Et si quid in hominibus & Villa de Moinx predicta, de jure vel de facto, & ejusdem Ville appendenciis habebam, vel habere in illis me dicebam, totum sine retencione qualibet, laudante & consentiente uxore mea Domina Beatrice, dedi & concessi, & quictavi Capitulo Gebenñ. libere, pacifice, perpetuo possidendum; Et juramento prestito, promisi bona fide, nunquam huic concessioni, per me, vel per alium im posterum obviare. Quapropter Gebenn. Capitulum, de denariis suis, & ejusdem Ville de Moinx, michi dedit triginta & novem libras, & tres solidos Gebenñ.; quas me confiteor habuisse. Ad hec vero, mihi & anime Patris mei, remisit omnem injuriam rerum quam in predictis eidem Capitulo me injuste confiteor intulisse. Quod ut ratum permaneat, ego A. Dominus de Jay, & dicta uxor mea, presentem chartam fecimus sigillorum nostrorum testimonio roborari. Actum Gebennis, in Insula dicti Venerabilis Aymonis Gebenn. Episcopi, Presentibus Petro Muret, Aymone de Annessy Sacerdotibus, & Aymone de Massie habitatore Gebenn. Ebalo de Mouz Domino Coenuz de Cossonay, Girardo de Fernay, Stephano de Rossillum existentibus ibi, & multis aliis, Anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo sexto, XII. Cal. Maii.

XXII.

Concordium inter Episcopum & Dominum de Gayo, circa certos Articulos cum Homagio facto per Dominum de Gayo, anno 1261.

Coll. cum Origin.

1261. *Voy. Tom. I. pag. 52. au Texte & aux Notes.*

UNiversis presentes litteras visuris vel audituris, Simon de Joynvilla Dominus de Jayz, & Leoneta uxor ejus, Salutem,

lutem, & noticiam rei gestæ, Ad omnium noticiam volumus pervenire quod, cum contentio sive discordia esset inter nos, ex unâ parte, & Venerabilem Patrem Dominum Henricum Dei gratia Gebenn. Episcopum, ex altera, super hiis videlicet, quod nos dicebamus, nos habere Jus & Jurisdictionem in Terra del Morter, sçilicet apud Satigniacum, Burdignyns, Peocie & Pinetum & dicebamus Castrum Pineti edificatum esse, in prejudicium nostrum, & Castri nostri de Jayz, sive Dominii ejusdem Castri, & furcas levatas ibidem, similiter contra Jus & Jurisdictionem Dominii nostri de Jayz, & alia quedam vendicabamus in predictis locis, vel pertinentiis eorumdem. Item dicebamus Villam de Avuyson, debere esse de feodo nostro, quam Paganetus de Bussyz Domicellus Diocesis Lugdunensis, tenebat in feodum a dicto Episcopo, & recognoscebat ab ipso. Item dicebamus nos habere Jus & Jurisdictionem, Banna, Consuetudines, & alia quedam, in ponte Gebenn. & Villa Sancti Gervasii, & pertinentiis eorumdem. Ex adverso dicebat prefatus Dominus Episcopus, nos teneri sibi, ad homagium faciendum, pro foro Castri nostri de Jayz, quod tenebamus ab ipso. Item petebat a nobis, sibi fieri emendam de dampnis, gravaminibus & injuriis illatis predecessoribus suis, a predecessoribus nostris. Tandem post multas altercationes, mediante nobili Domina Agnete Domina Fucigniaci, uxore Illustris viri Domini Petri de Sabaudia, sic fuit amicabiliter compositum inter nos, pro nobis & successoribus nostris, & prefatum Episcopum, pro se, & successoribus suis, quod nos libere & quiete, & spontanea voluntate non cohacti, nec dolo inducti, nec in aliquo circumventi, quitamus & guerpimus, pro nobis & successoribus nostris, memorato Episcopo & successoribus suis, si quod Jus, Jurisdictionem, sive Banna, aut Consuetudines, vel alia usagia, seu alia quecunque sint, habemus, vel habere possumus, vel nobis competunt, aut competere possunt, aliquo modo, in omnibus locis superius nominatis, & pertinentiis eorumdem, Retinentes nobis albergum Hugonis quondam del Gerdil, de sancto Gervasio, cum heredibus & posteritate

ipsius;

1261.

1261. ipsius; Ita quod dictus Episcopus, habeat in ipsis Banna & Jurisdictionem, sicuti habet, in aliquo de hominibus, de Villa Sancti Gervasii; Et recognoscimus & confitemur, nos tenere a prefato Episcopo in feodum, forum Castri de Jayz; Et tenemur nos & successores nostri, prefato Episcopo & successoribus ejus, sine aliquo placito, vel aliqua alia petitione, facere homagium prefato Episcopo & successoribus ejus, pro foro supradicto, & pro feodo de Avuson, quod Paganus predictus tenebat ab eodem Episcopo, de quo feodo aumentavit nostrum feudum. Ita quod dictus Pagan. teneatur, nobis, sicuti tenebatur, dicto Domino Episcopo, de dicto feodo respondere. Et nos dictum Episcopum, a dicto Pagano, in omnibus & per omnia servabimus indempnem. Dictus vero Episcopus precepit, presentibus litteris, Pagano memorato, quod nobis respondeat de dicto feodo, sicut ei respondebat, & nos predictum homagium, manualiter facimus eidem Episcopo. Citra Jurim., salva fidelitate trium Dominorum, videlicet Illustris viri, Domini Petri de Sabaudia, & Rodulphi Comitis Gebenn., & Abbatis Sancti Eugendi: Et promittimus & nos obligamus, nos facturos & curaturos, quod sorores nostre & heredes earumdem rata & firma habebunt omnia supradicta, & nunquam per se, vel per alium venient contra predicta. Dictus vero Episcopus, nobis dedit in peccunia numerata, pro omnibus supradictis, si quod jus habebamus in eisdem, ducentas & quinquaginta libras Gebennenses, & viginti quinque libras Gebennenses, pro quibus viginti quinque libris Gebennensibus, habebat feodum de Avuson pignore obligatum. Et nos renuntiamus exceptioni non numerate peccunie, exceptioni doli, & in facm. Senatus-consulto Velleiano Juri dicenti generalem renuntiationem non valere, nisi precesserit specialis, & Juri dicenti de deceptione, ultra dimidiam justi precii, actioni de dote, & Legi Julie prohibenti dotes alienare; & restitutioni in integrum specialiter, vel de quacunque causa, & omni Juri Canonico & Civili, per que posset dicta compositio impugnari. Hec autem omnia & singula supradicta nos Simon,

mon, & nos Leoneta uxor nostra, & dictus Episcopus, juramus prestito super Sancta Dei Evangelia, corporaliter juramento, pro nobis & heredibus & successoribus nostris, firmiter attendere & servare, & nullo tempore contravenire. Et nos dicti Simon & Leoneta uxor nostra promittimus sub eodem juramento, omnia supradicta garentizare contra omnes, & defendere in judicio & extra. In cujus rei testimonium; nos dicti Simon & Leoneta uxor nostra, & dictus Dominus Episcopus, una cum Sigillo Illustris Domine Agnes de Fucignie, & Sigillo Capituli Gebennensis, presentem Litteram sigillamus. Testes ad hoc vocati & rogati, Aymo Sacrista Ecclesiæ Gebennensis. Aymo Decanus Anassyaci, Magister Willelmus de Ursis, Domnus Petrus Thuret, Canonici Gebennenses; Humbertus Officialis Curie Gebennensis, Magister Petrus de Borray, Willelmus Capellanus Sancti Gervasii Gebennensis, Stephanus de Rossellyone Castellanus Castri Insule Gebennensis, Jacobus de Sergye, Rodulphus de Livron, Milites, & plures alii. Datum & actum Gebennis, Anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, feria tertia post quendenam Pasche. 1261.

Il y a cinq Sceaux pendans à cet Acte.

XXIII.

Conventiones factæ inter Comitem Sabaudiæ & Cives Gebennenses, anno 1285.

Collat. cum copia vidimata an. 1395.

NOs Amedeus Comes Sabaudie, vobis universis & singulis Civibus, & Clericis & Habitatoribus Gebenn. bona fide & per juramentum nostrum, ad Sancta Dei Evangelia prestitum, pro nobis & heredibus nostris & successoribus in Comitatu Sabaudie promittimus, quod vos, & quemlibet vestrum & omnes alios Concives vestros, Clericos & Laycos, qui juramentis & conventionibus infrascriptis, esse & 1285. *Voy. Tom. I. pag. 53. au Texte.*

1285. consentire voluerint, villam vestram, nec non bona, & jura vestra, & franchesias vestras, cum rebus omnibus vestris, ubique tanquam homines nostros, & res nostras proprias, contra omnes, & ab omnibus, toto posse nostro manutenebimus, gardabimus, & deffendemus. Promittentes vobis etiam, modo quo suprà, quod si Dominus Episcopus Gebenn. vel alia persona nomine dicti Domini Episcopi, racione vel occasione dictorum Juramentorum, seu conventionum infrascriptorum, vel alia de causa, vel occasione, vos, vel aliquem vestrum, in curia Romana vel alibi, in causam traheret, vel vobis, vel alicui vestrum, violenciam vel injuriam inferret, quod vobis consilium, auxilium, & juvamen prestabimus, cum expensis nostris propriis, quomodocumque & quotiescunque nos duxeritis super hoc requirendum, seu nostrum Castellanum Gebenneñ., vel alios Castellanos nostros, promittentes vobis insuper, quod cum aliquo, qui vos vel vestrum aliquem, occasione dictorum Juramentorum vel conventionum hujusmodi, vel alia de causa, teneret in aliqua mala suspicione, vel de quo malam suspicionem habebitis, sine vobis & consensu vestro, pacem aliquam vel treugam, aliquo modo non faciemus. Volumus autem, & vobis, modo predicto, promittimus, quod omnes Castellani nostri, & specialiter Castellanus Gebenneñ., Baleysonis, Alingii, Thononii, Aquiani, Chillionis, & Turris Viviaci, qui nunc sunt, qui illud idem juramentum una nobiscum fecerunt, & illi, qui pro tempore predictorum Locorum fuerint Castellani, jurent ad requisitionem vestram, seu certi nuncii vestri, quod vos & villam vestram cum omnibus bonis vestris, juvabunt ubique, & deffendent ab omnibus, & contra omnes, & in secursum vestrum & Ville vestre Gebeñ., venient per aquam & per terram, cum efforticio gentis nostre, & cum expensis nostris, cum necesse fuerit, & per vos fuerint requisiti, seu per literas vestras. Ceterum universos & singulos venientes ad mercatum Gebenn., morando & recedendo, a dicta Civitate, infra Civitatem Gebennensem & banna ejusdem, de

de nobis & nostris assecuramus, & de omnibus aliis, quibuscunque poterimus, deffendemus. In quorum Universorum omnium predictorum, & singulorum, testimonium, sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Gebennis, die Lune proxima post festum Sancti Michaelis, Anno Domini M°. ducentesimo octogesimo quinto.

X X I V.

Actum Infeudationis facta per Episcopum & Principem Gebennens. de Officio Vicedompnatus, Comiti Sabaudiæ, & Homagium per dictum Comitem factum dicto Episcopo 1290.

Collat. cum Origin.

1290.

Voy. Tom. I. pag. 53. au Texte, & pag. 54. & suiv. aux Notes.

NOverint universi presentes literas inspecturi; Quod cum discordia verteretur inter nos Guillelmum Divina gratia Gebennensem Episcopum, nomine Ecclesie nostre Gebennensis, & nostro ex parte una, & nos Amedeum Comitem Sabaudie, nomine nostro ex altera; super eo quod nos dictus Episcopus nomine nostro, & quo supra petebamus a predicto Domino Comite Castrum Insule Gebeñ. seu prope Gebeñ., cum ipsius Castri appendiciis universis, & Vicedomnatum Gebeñ., cum ipsius appendiciis universis, Piscariam Gebeñ. que vocatur piscaria Episcopi, pedagia rerum que vehuntur Gebeñ., per pontem Rodani Gebeñ., seu per navigium & casalia molendinorum que sunt juxta pontem Rhodani Gebeñ. que omnia dicebamus ad nos, ratione Ecclesie nostre predicte & ad ipsam Ecclesiam nostram, pertinere jure Domini vel quasi. Et ipsam nostram Ecclesiam, in possessione vel quasi fuisse predictorum, & dictum Dominum Comitem ipsam Ecclesiam spoliasse de predictis. Quare petebamus omnia predicta nobis nomine quo supra a dicto Domino Comite restitui, & restitutionem fieri predictorum. Item super eo quod nos Comes predictus dicebamus, respondendo ad petitiones predicti Domini

1290. mini Epiſcopi, omnia predicta fuiſſe occupata, per inimicos capitales Eccleſie memorate, & nos Comitem Vaſſallum dicte Eccleſie, dediſſe ſubſidium & juvamen, manu armata dicte Eccleſie contra predictos ejuſdem inimicos ad eripiendum ſupradicta de inimicorum manibus predictorum, & dando dictum ſubſidium dicte Eccleſie, nos expenſas feciſſe, ad utilitatem, & in utilitatem ejuſdem Eccleſie converſas, & utiliter gerendo negocia Eccleſie memorate, quas expenſas extimamus quadraginta mille marchas argenti propter quarum reſtitutionem nobis faciendam, per dictum Dominum Epiſcopum, nomine quo ſupra ex cauſis predictis dicentes nos habere debere legitimam retentionem predictorum, quouſque de dictis expenſis per dictum Dominum Epiſcopum, nomine quo ſupra fuiſſet nobis plenarie ſatisfactum, cum nemo teneatur propriis ſtipendiis militare maxime gerendo utiliter alterius negocium, ne unde meremur premium incidamus in jacturam, aſſerebamus nos non teneri dicto Domino Epiſcopo, ad reſtitutionem predictorum ex cauſis predictis, & pluribus aliis deffentionibus & rationibus quas habemus. Tandem inter nos predictos Epiſcopum & Comitem uno eodemque conſenſu, ſuper predictis omnibus compoſuimus in hunc modum. In primis quod nos Comes predictus ex nunc reſtituimus & reddimus dicto Domino Epiſcopo Gebenñ., nomine ſuo & Eccleſie ſue predicte piſcariam, pedagia, & caſalia molendinorum predicta. Item nos Epiſcopus ſupradictus grantamus, laudamus, committimus & concedimus dicto Domino Comiti in feudum, dictum Vicedompnatum tenendum & regendum toto tempore vite noſtre, & Domini Comitis ſupradicti; Et ulterius heredibus ſeu ſucceſſoribus ejuſdem Domini Comitis, quamdiu placuerit ſucceſſori noſtro in Epiſcopatu predicto; Et ſi contingeret quod ſucceſſor noſter in Epiſcopatu, non vellet obſervare predictas conventiones predicto Comiti, vel heredibus ſeu ſucceſſoribus ſuis, ſalvum ſit eidem Comiti & ſucceſſoribus ejus in predictis omnibus, jus ſuum priſtinum & modernum. Item nos Comes predictus, pro dicto Vicedompnatu, fecimus ho-

 magium

magium dicto Domino Episcopo, recipienti nomine Ecclesie 1290.
sue predicte, & eidem juravimus fidelitatem, & ea que ad fidelitatem pertinent, seu pertinere noscuntur. Propterea nos idem Comes eidem Domino Episcopo juravimus, quod de aliis juribus, possessionibus, vel Seigniorìa ipsius Domini Episcopi, nichil occupabimus, nec invademus, nec usurpabimus, nec impediemus in Civitate Gebenñ. vel extra, immo totaliter erimus contenti hiis, que pertinent ad officium & jus Vicedompnatus Gebenñ. & ipsum Episcopum efficaciter juvabimus & deffendemus, contra omnes personas in omnibus Juribus, possessionibus & Seigniorìa sua in Civitate Gebenñ. & extra, exceptis hiis, quibus nunc tenemur homagii ratione. Insuper actum est inter nos Comitem & Episcopum supradictos, quod illi qui pro tempore exercebunt pro nobis Comite supradicto, Officium Vicedompnatus Gebenñ. tenentur jurare ipsi Domino Episcopo, quod ei & suis erunt fideles & diligentes, in omnibus hiis que spectant ad Officium Vicedomni Gebenñ. & ad alia jura & res Episcopi non extendent manum suam eo invito & Officium Vicedompnatus diligenter & fideliter exercebunt, & de omnibus hiis que spectant ad Officium Vicedompni fideliter computabunt, respondebunt & satisfacient dicto Domino Episcopo, vel mandato suo pro portione ipsum Dominum Episcopum contingente. Super aliis autem questionibus, videlicet Castri predicti Insule, & expensarum prædictarum inter nos Comitem & Episcopum predictos, extitit Compromissum, ut in Instrumentis ejusdem tenoris inde confectis, per manus Johannis de Russins, Clerici & Alberti de Vercellis publicorum Notariorum plenius continetur. Ita quod pendente Compromisso predicto, in predictis nichil debeat innovari, & in tractatu Compromissi fuit actum & ordinatum, quod super dictis duabus questionibus videlicet Castri predicti Insule, & expensarum predictarum eligantur per dictas partes, duo amici Arbitri, Arbitratores, seu amicabiles compositores; unus ex una parte, & alius ex alia; Qui duo amici habeant plenam potestatem, a partibus supradictis, predictas questiones

1290. terminandi, jure vel concordia. Ita quod unus ex amicis predictis, nichil possit facere sine alio quorum potestas duret usque ad obitum Episcopi supradicti. Et etiam actum est inter nos predictos Episcopum & Comitem, quod si contingeret, unum ex predictis amicis decedere, vel alias negotiis aliis impeditum fore, quod loco illius possit alius subrogari, per partem a qua fuerit electus, & etiam quotiescunque placeret utrique parti vel alteri possit quelibet pars, si sibi placuerit, alium subrogare & mutare, & quod pendente Compromisso predicto, una pars contra partem aliam, aliquam innovacionem non faciat. Porro actum est inter nos predictos Comitem & Episcopum, quod si successor vel successores, qui nobis predicto Episcopo in predicto Episcopatu Gebennensi succedet, vel succedent, nollet vel nollent observare Pactiones, Conventiones & Compromissum superius memorata, seu etiam Sententias, Concordias, Arbitria seu Arbitriamenta dicta, vel Pronunciationes, que fierent per Amicos, Arbitros, Arbitratores seu amicabiles Compositores, superius memoratos, vel ut supradictum est, subrogatos aut etiam subrogandos eidem Domino Comiti & suis successoribus, sit suum jus salvum pristinum & modernum, in omnibus hiis que continentur in petitionibus & responsionibus superius memoratis. Item Actum est, inter nos predictos Episcopum & Comitem, quod Castellanus Castri Insule predicti teneatur custodire captos Gebennenses Domini Episcopi, supradicti ad requisitionem ipsius Domini Episcopi, & eosdem sibi restituere, cum ab eodem Domino Episcopo, vel mandato suo super hoc fuerit requisitus. Promictentes nos ambo predicti Episcopus & Comes, per stipulationem & per juramentum, ad Sancta Dei Evangelia corporaliter prestitum a nobis Comite supradicto, & a nobis Episcopo predicto in presentia Evangeliorum, coram nobis propositorum, & manu nostra propria ad pectus nostrum propter hoc posita, & sub obligatione omnium bonorum nostrorum Comitis & Episcopi, presentium & futurorum omnia predicta & singula firmiter observare, & non contravenire de jure vel de facto re-

nun-

nunciantes nos ambo, predicti Comes & Episcopus exceptioni doli metus, & in factum & sine causa omni actioni & exceptioni, & omni juri que nobis vel alicui nostrum possent competere, vel juvare contra predicta vel aliquid predictorum, & specialiter Juri dicenti generalem renunciationem non valere. In cujus rei testimonium nos ambo, predicti Episcopus & Comes, Sigilla nostra presentibus duximus apponenda; Et Sigillum Venerabilis Patris in Christo Domini Petri, Dei gratia Episcopi Bellicensis rogavimus apponi; Unde nos Episcopus Bellicensis predictus ad preces & requisitionem predictorum Domini Comitis, & Domini Gebennensis Episcopi, cum Sigillis eorumdem Sigillum nostrum presentibus duximus apponendum, in testimonium veritatis omnium predictorum. Acta sunt hec apud Ast in domo Domini Philippi Escarã. ubi ad hec testes fuerunt vocati & rogati, & presentes Gauterus de Naves, Martinus de Chambeuil Canonici Sancte Catherine de Aqua-bella, Dominus Johannes de Flori, Dominus Guido de Billiema Presbyteri, Magister Petrus de Vercellis Phisicus, Dominus Andreas de Nantuaco Legum Professor, Dominus Martinus de Sancto Jorio, Dominus Willelmus de Septemo, Dominus Guillelmus de Juis, & Dominus Theobardus de Cort Milites, & Albertus de Vercellis, publicus Notarius; Et ego Johannes de Russins Clericus Imperiali auctoritate Notarius publicus, hiis omnibus interfui, & de mandato predictorum Domini Comitis, & Domini Episcopi Gebennensis, presentes literas scripsi & signo meo signavi die Martis ante festum Beati Mathei Apostoli, decima nona mensis Septembris, anno Domini MCCXC. Indictione tertiâ. 1290.

Les Sceaux des Evêques de Geneve & de Belley, & celui du Comte de Savoye pendent au bas de l'Acte.


XXV.

XXV.

Instrumentum Monitionum & Prohibitionum factarum per Reverendum Dominum Guillelmum Episcop. Gebenn. Illustr. Dño. Comiti Sabaud. ejusque Famulis & Satellitibus super facti operibus per eos contra ipsum Episcop. & ejus Ecclesiam perpetratis, anno 1290. & 1291.

Collat. cum Origin.

1290.
1291.



ANno Dominice Incarnacionis millesimo ducentesimo nonagesimo, indicione tertia, die veneris in festo Purificationis Beate Marie Virginis, cum Reverendus Pater in Christo Dominus Guillelmus Dei gratia Gebennensis Episcopus Missam celebraret in majori Altari Ecclesie Sancti Petri Gebennensis, presentibus ibidem Capitulo & Clero ipsius Ecclesie & magna parte Gebennensis, ipse cantato Offertorio conversus ad eos, & brevi Predicationis Sermone ad eos per ipsum habito; Idem Dominus Episcopus in presentia dictorum Capituli, Cleri & Populi Gebennensis coram me Notario publico & testibus infra scriptis quasdam monitiones & inhibitiones emisit in hec verba. In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, Amen. Noverit ille qui nichil ignorat quod nos Guillelmus Divina miseratione Gebennensis Episcopus, Jurisdictionem, Jura & Seignoriam ac honorem Illustris Viri hominis fidelis Ecclesie nostre Vassalli Domini Amedei Comitis Sabaudie nullo modo volumus perturbare, impedire, minuere, sed ea pro posse nostro conservare potius & augere. Sic & ipse Juridictionem, Jura & Seignoriam ac honorem Ecclesie nostre non debet minuere, impedire nec aliquatenus usurpare. Nuper autem inter nos & ipsum orta dissensione super Seignoria & Dominatu nostro Civitatis nostre Gebennensis, quem Dominatum

natum ipse auctoritate propria per potenciam suam invaserat, 1290.
occupaverat & occupatum tenebat; Nos dictus Episcopus Prin- &
ceps unicus & Dominus dicte Civitatis Gebennensis dictum 1291.
Dominatum nostrum seu Seignoriam nostram dicte Civitatis ab ipso recuperare & retinere cupientes, & nichilominus in ipsius Civitatis regimine dicti Domini Comitis auxilio quamplurimum indigentes, ac de ipso firmam spem & fiduciam obtinentes. Et idcirco voluntati sue quantum potuimus obtemperare volentes, Vicedomnatum in dicta Civitate eidem concessimus in feudum tenendum & regendum toto tempore nostro & suo; Ipse vero Comes tactis Sacrosanctis Evangeliis statim juravit nobis quod de Seignoria nostra seu aliis possessionibus & juribus nostris nichil deinceps invaderet, occuparet seu etiam impediret, sed nos efficaciter juvaret & deffenderet in dicta Seignoria nostra & in aliis juribus & possessionibus nostris in Civitate Gebennensi & extra contra quascunque personas secundum formam & tenorem literarum super hoc confectarum. Non enim intendedimus nec in animo nostro ullatenus gessimus, nec etiam intendere potuimus Dominatum nostrum dicte Civitatis seu Seignoriam aut temporalem jurisdictionem presertim ea que meri sunt Imperii sibi concedere, vel aliquatenus concessisse, vel etiam commisisse, nec nosmet ipsos ac Judices seu Ballivos nostros a predictis seu exercicio predictorum excludere, nec in ipsum predicta modo aliquo transtulisse, sed purum ministerium & officium Vicedomni & ea dumtaxat que ad jus & officium Vicedomni pertinere noscuntur de jure seu de equitate aut de consuetudine pacifica, rationabili & prescripta, ad instar & exemplum vicinorum Vicedomnorum in diversis locis constitutorum sub principatu & territorio nostre Ecclesie ac etiam Diocesis Gebennensis. Quibus etiam ad jus & officium Vicedomni spectantibus idem Dominus Comes in concessione dicti Vicedomnatus sibi facta juravit se fore contentum. Adiciens in juramento suo quod de aliis Juribus nostris seu Seignoria nostra nichil occuparet vel invaderet seu etiam impediret, sed nos ut supradictum est efficaciter juvaret

1290. & 1291. & deffenderet contra omnes perſonas in omnibus juribus, poſſeſſionibus & Seignoria noſtra in Civitate Gebennenſi & extra, exceptis hiis quibus tunc ratione homagii tenebatur, ſicut in predictis litteris ſuper hoc confectis plenius continetur. Verum prefatus Dominus Comes predictis non contentus ſed falſa ac flagicioſa quorumdam ut credimus ſuggeſtione ſeductus, jura Seignoriam & temporalem Juriſdictionem noſtram & noſtre Eccleſie Gebennenſis invadit, occupat & uſurpat, ac pretextu dicti Vicedomnatus noſtrum & Eccleſie noſtre in dicta Civitate invadit & occupat Dominatum, ea non ſolum que ſunt Juriſdictionis, ſed ea que meri ſunt Imperii contra voluntatem, immo contra expreſſam inhibitionem noſtram, in dicta Civitate noſtra per ſuos Satellites exercendo; Et quod dictu quoque horribile eſt noſmet ipſos & Officiarios ac Judices noſtros ab hiis totaliter repellendo & aliis multis modis. Nos igitur tantam & tam enormem Eccleſie noſtre Gebennenſis exheredationem, ac ſui ſtatus & libertatis tantam ſubverſionem diſſimulare, ac ſuſtinere ſine reatu perjurii non valentes, monemus & requirimus per hoc ſcriptum dictum Dominum Comitem publice, ut ipſe a predicta predictorum invaſione, occupacione & uſurpacione omnino deſiſtat, ac ipſa nobis & Eccleſie noſtre in pace dimittat; Et Judices ſeu Officiales noſtros in predictis non impediat aut perturbet, ſed juramentum ſuum nobis ſuper predictis preſtitum diligenter obſervet. Si tamen prefatus Dominus Comes Juriſdictionem aliquam ſeu merum aut mixtum Imperium, vel aliquam Seignoriam occaſione dicti Vicedomnatus in dicta Civitate noſtra ſe habere contendat parati ſumus & erimus audire quicquid ipſe ſuper hoc coram nobis vel Curia noſtra legitime poterit comprobare, & ſuper propoſitis & probatis eidem juſtitiam & gratiam quantamcunque poterimus exhibere. Ad hec fuerunt teſtes vocati predicti Capitulum & Clerus & Populus dicte Civitatis, & ego Johannes de Ruſſins Clericus Imperiali auctoritate Notarius publicus hiis omnibus interfui, & inde preſens Inſtrumentum publicum rogatus ſcripſi & ſigno meo ſignavi. Item

eodem

eodem anno die Mercurii in capite jejunii, convocatis & con- 1290.
venientibus coram eodem Domino Episcopo, Capitulo Cle- &
ro & Populo Gebennensi in atrio Cathedralis Ecclesie Sancti 1291.
Petri Gebennensis, factoque ut moris est per ipsum Episcopum Predicationis Sermone; Idem Episcopus in presencia dictorum Capituli, Cleri & Populi, ac mei Notarii infrascripti & testium infrascriptorum easdem inhibitiones & monitiones suprascriptas emisit Idem Dominus Episcopus & innovavit.

Et ad hec fuerunt testes vocati & rogati Dominus Jacobus de Soyrie Curatus de Marigine, Dominus Johannes Curatus de Siez, Johannes de Duyn Clericus & plures alii una cum predictis Capitulo, Clero & Populo Gebennensi; Et ego Johannes de Russins predictus Notarius publicus auctoritate Imperiali omnibus his intersui & presens idem publicum Instrumentum rogatus scripsi & signo meo signavi.

Item, Anno Dominice Incarnationis millesimo ducentesimo nonagesimo primo, Indicione quarta, tertio idus Maii, in Ecclesia Beate Marie Magdalenes Gebennensis, convocatis & convenientibus ibidem Civibus Gebennensibus coram eodem Reverendo Patre in Christo Domino Guillelmo Dei gratia Episcopo Gebennensi, in presentia mei Notarii infrascripti & testium infrascriptorum, idem Dominus Episcopus supradictas monitiones & inhibitiones emisit & innovavit. Et ad hec fuerunt testes vocati & rogati Dominus Petrus de Duyn Canonicus Lugdunensis, Dominus Jacobus de Soyrie Curatus de Marrigine, Dominus Boso Barz Curatus dicte Ecclesie Beate Marie Magdalenes, Dominus Martinus Vicarius ejus, Jaquetus de Vendovres publicus Notarius & plures alii cum civibus supradictis. Et ego predictus Johannes de Russins Clericus, Imperiali auctoritate Notarius publicus, predictis omnibus intersui, & presens Instrumentum publicum rogatus scripsi & signo meo signavi. *Ici est le même Signet que ci-dessus.*

XXVI.

Quærelæ & Protestationes Episcopi Guill. de Conflans adversus Usurpationes Amedei Comitis Sabaudiæ.

Collat. cum Origin. Copia vidim. an. 1487.

1293. NOs Officialis Curie Gebennensis universis ac singulis presentibus & futuris harum seriem inspecturis patefiat, quod ad instanciam & requisicionem Venerabilis Domini Procuratoris fiscalis Episcopatus Gebennensis litteris citatoriis & monitoriis à nobis emanatis decenter exequutis quarum & exequucionis illarum tenores seriatim subscribuntur in hec verba. Officialis Curie Gebennensis universis ac singulis Presbyteris, Clericis Notariis, Tabellionibus publicis juratis & ceteris quibus presentes fuerint exhibite salutem in Domino. Instante ac requirente Venerabili Domino Procuratore fiscali Episcopatus Gebennensis vobis ac vestrum cuilibet in solidum qui super hoc fuerit requisitus in virtute sancte obediencie mandamus expresse quatenus omnes & singulas personas cujuscunque status, ordinis, gradus, ac condicionis existant sua in his nunc vel in futurum simul, divisim aut alias quomodolibet interesse putantes per affictionem presentium in valvis Cathedralis Ecclesie Gebennensis citetis & moneatis quas atque quamlibet earundem harum serie citamus & monemus ut infra tres dies juridicos, Dominicam post octavas festi Epifanie Domini proxime venturi continue sequentes, quorum unum pro primo, alium pro secundo ac reliquum pro tertio atque perhemptorio terminis a solis ortu usque ad occasum cujuslibet ipsorum dierum sibi Canonicis citacione & monicione premissis precise assignamus, Gebennis in Capella secreti conservatoria jurium Ecclesie supradicte per se vel procuratorem ydoneum compareant omnia ac singula jura, merum mixtum Imperium atque omnimodam jurisdictionem altam mediam & bassam ac jura regalia

lia fupremumque dominium & eorum ufus ac excercicia dicte Gebennenfis Ecclefie totaliter aut in parte directeque feu per indirectum nunc vel in futurum quomodolibet concernencia & tangere valencia ab Archivis ipfius Ecclefie ibidem exiftentibus fideliter extrahi atque quarta die juridica poft hujufmodi dominicam que erit decima nona menfis proximi Januarii a Solis ortu ufque ad occafum ipfius diei coram nobis in Clauftro ipfius Ecclefie ubi Tribunal noftrum teneri confuevit, jura hujufmodi omnia & fingula per Secretarios & Scribas Curie noftre eorumve Vicefgerentes feu duos ex ipfis debite exemplificari ac exemplificata in formam probatoriam auctenticam redigi vifure cum comminatoria intimacione perhemptoria pro omnibus que five fimul five divifim venerint & ut prefertur comparuerint, vel ne ad premiffa ac cetera igitur oportuna qualiacunque procedetur previa racione. Decernentes propterea hujufmodi citacionem & monicionem fic fiendas tanti valoris exiftere, ac roboris firmitatem obtinere, perfonafque omnes & fingulas ut fupra citandas ac monendas perinde artare ac fi in propria cujuslibet earumdem legitime fierent debiteque fuiffent exequute, has in teftimonium licteras per Secretarium ac Scribam ejufdem Curie fubfignatum denique fieri concedentes impreffione foliti ipfius Curie Sigilli debite communitas de quarum exequucione exequenti plenam dabimus fidem & volumus ubique ab omnibus indubitabiliter adhiberi. Datum Gebennis die vigefima menfis Decembris anno Domini millefimo quatercentefimo octuagefimo fexto. Richardi. Reverenter receptis licteris fupra fcriptis per me Henricum de Nanto, Notarium publicum & juratum Curie Officialatus eas exequendo affixi in Valvis Cathedralis Ecclefie Gebennenfis in quorum teftimonium Gebennis me fubfignavi die tres decima menfis Januarii Anno Domini millefimo quatercentefimo octuagefimo feptimo. Ego prenominatus Henricus de Nanto. Nulla perfonarum ibidem citatarum & monitarum terminis dierum trium inibi affignatis comparente nec comparere curante, fed contumaciis earum atque cujuslibet ipfarum parte cujus fu- 1293.

1293. pra instantis debite accusatis diligenterque perquisitis & tandem compertis veraciter juribus memoratis eadem jura ab Archivis de quibus ac prout supra nostre hujusmodi lictere faciunt mencionem fideliter extracta sunt, interque publicum quoddam monicionum & inhibicionum Instrumentum per bone memorie Reverendum in Christo Patrem Dominum Guillermum Gebennensem Episcopum Illustri Domino Amedeo Comiti Sabaudie factarum consistebat. Quod quidem instrumentum parte ipsius Domini Procuratoris hodie nobis pro Tribunali more solito judicialiter sedentibus realiter exhibitum debiteque subscriptum & signatum vidimus terminis, palpavimus, legimus & de verbo ad verbum inspeximus non viciatum, cancellatum, abolitum abrasum, nec in quavis ejus parte quomodocunque suspectum sed sanum penitus & integrum omnibusque vitio ac suspicione eminentibus totaliter carentes, cujus vero instrumenti tenor integraliter subscribitur. IN NOMINE DOMINI AMEN, Anno ejusd. millesimo ducentesimo nonagesimo tertio, die Sabbathi ante carnisprenium vetus, indictione sexta, coram me Notario infrascripto & testibus infrascriptis Venerabilis Pater Dominus Guillermus Dei gratia Episcopus Gebennensis Illustri viro Domino Amedeo Comiti Sabaudie personaliter presenti fecit & in scriptis exhibuit & tradidit quasdam moniciones, requisiciones, exhortaciones prohibiciones, & comminaciones quarum tenor sequitur in hec verba. Certum est quod Ecclesia Gebennensis Domina est & princeps unica & in solidum tocius Civitati, & Suburbii & Castri Insule Gebennensis non habens in dominatu ejusdem Civitatis aliquem participem vel consortem, sed habens & excercens per se aut per Vicedonnos & Officiales & alios Ministros & Judices suos in ea & in pertinenciis ejus omne merum & mixtum Imperium & omnimodam jurisdictionem temporalem & spiritualem & in plena & continua possessione vel quasi omnium predictorum fuit & stetit a longissimo tempore cujus contrarii memoria non existit, & quod ipsa Ecclesia per dictam Civitatem & Castrum & alia Castra, possessiones & Villas, homines,

nes, jura & jurisdictiones ac libertates ac universa bona temporalia ad se pertinencia ab Imperatore Romano immediate dignoscitur obtinere, nulli alii Regi Principi, vel Baroni seculari in hos in toto vel in parte subjecta. Vos etiam Vir Illustris Reverende Domine Amede Comes Sabaudie multa Castra & possessiones intra eandem Diocesin tenetis in feodum ab ipsa Ecclesia pro quo feodo debetis & fecistis homagium & promisistis fidelitatem tam vos quam Predecessores vestri Ecclesie Gebennensis. His autem nonobstantibus vos dicte Comes Sabaudie, olim Vicedonnatum Gebennensem ac deinde vacante Ecclesia Gebennensi Castrum Insule predictum ac Universalem Seignoriam quam ipsa Ecclesia habet in dicta Civitate per vestram potentiam invasistis & universaliter occupastis, licet nec ipsa Ecclesia, nec Civitas, nec dictum Castrum Insule, nec aliqua bona, seu jura, nec possessiones dicte Ecclesie sint vobis nec Comitatui Sabaudie, nec alicui Principatus Vestro, jure aliquo seu titulo, vel occasione subjecta. Post hec autem nos Guillermus divina miseracione assumptus in Ministrum ejusdem Ecclesie Segnioriam predictam de manibus vestris eripere & retinere cupientes & nichilominus in ipsius Civitatis regimine vestris auxiliis indigentes ac de persona vestra pre cunctis aliis Ecclesie nostre hominibus & Vaxallis firmam spem & fiduciam obtinentes & idcirco voluntati vestre quantum potuimus obtemperare volentes dictum Vicedonnatum in ipsa Civitate vobis concessimus in feodum tenendum toto tempore vite vestre. Vos vero pro predicto Vicedonnatu nobis homagium fecistis ad opus Ecclesie supradicte, juravistis etiam nobis fidelitatem & ea que ad fidelitatem pertinere noscuntur, juravistis etiam nobis quod de aliis juribus possessionibus vel Seignoria nostra nichil occuparetis, invaderetis, impediretis, nec etiam usurparetis in Civitate Gebennensi nec extra, & quod nos efficaciter juvaretis, & defenderetis contra omnes personas in omnibus juribus, possessionibus, & Seigniorie nostra in Civitate Gebennensi & extra, exceptis his personis quibus tunc tenebamini hommagii racione.

1293.

Actum

1293. Actum eciam fuit inter nos & vos quod illi qui pro tempore exercebunt pro vobis officium Vicedonni tenentur nobis jurare quod nobis & noſtris erunt fideles & diligentes in omnibus que ſpectant ad officium Vicedonni & ad alia jura & res noſtras non extendint manus ſuas nobis invitis & officium Vicedonnatus fideliter excercebunt & de his omnibus que ſpectant ad officium Vicedonni ſpecialiter computabunt & reſpondebunt, & ſatisfacient nobis aut mandato noſtro proporcione nos contingente ſicut continetur in Inſtrumentis exinde confectis. Quam vero qualem aut quantam poteſtatem actoritatem ſeu adminiſtracionem Predeceſſores noſtri commiſerint olim ſeu ſcienter permiſerint Vicedonnis ſuis quos in Civitate Gebennenſi plures tam Clericos quam Laicos diverſis temporibus ſtatuerunt, hoc penitus ignoramus, illud tamen conſtanter aſſerimus quod in Conceſſione dicti Vicedonnatus vobis facta intencionis noſtre non fuit nec eſſe debuit nec potuit noſmet ipſos ac Baillivos & Judices noſtros à temporali juriſdictione noſtra & Imperio noſtro in Civitate noſtra Gebennenſi excludere nec in vos nec Miniſtros veſtros eam transferre, nec vobis aut Miniſtris veſtris in ipſa Civitate judiciariam auctoritatem concedere vel conferre, ſed ea duntaxat que ad jus & officium Vicedonni pertinent de jure vel de conſuetudine pacifica, racionali, & perſcripta ad inſtar vicinorum Vicedonnorum ſub dominatu & territorio ipſius Eccleſie conſtitutorum & in pluribus aliis locis in Dioceſi Gebennenſi. Ex quibus omnibus nichil omnino volumus vobis diminuere ſubtrahere vel auſſerre, ſed potius, quantum ſalvo jure Gebennenſis Eccleſie poterimus, augmentare. Nonobſtantibus autem hommagio, fidelitate & pactionibus ſupradictis, vos predictam invaſionem & occupacionem dicte Segniorie noſtre continuantes juriſdictionem noſtram temporalem in ipſa Civitate ac judiciariam auctoritatem noſtram contra voluntatem noſtram per veſtram potenciam invaſiſtis & occupaſtis invaderitis & occupatis & nimis graviter impeditis ea non ſolum que ſunt juriſdictionis ſed & ea que ſunt meri & mixti Imperii

perii per Ministros vestros excercendo & nosmet ipsos ac Judices & Baillivos nostros ab his per comminaciones eorundem arcendo & recompellendo & sine examinatione & approbacione nostra Ministros ad excercendum Vicedonnatus officium pro voluntate vestra statuendo & clave nostri Pontis in Fluvio Rhodani retinendo & captos Gebennenses spreto carcere nostro ad alienos Carceres detrudendo & quasdam domos & possessiones nobis excheitas occupando & vobis appropriando vel aliis conferendo: Item quosdam homines de jurisdictione nostra contra nos fovendo & jurisdictionem Ecclesiasticam Curie nostre Gebennensis dampnabiliter in terra vestra impediendo & novas & illicitas exactiones a viduis mulieribus nostris ad secundas nuptias transire volentibus extorquendo & aliis multis modis: Ministri etiam vestri de his que ad officium Vicedonnatus pertinent nobis non responderunt nec satisfecerunt, nec computum reddiderunt. Nos vero pluries personaliter & viva voce frequenter etiam edictis publicis in Civitate Gebennensi coram Clero & Populo publice propositis vos ac Ministros vestros requisivimus & monuimus ut à predictis invasione, occupacione, impedimento & perturbacione desisteretis, permissive tamen nobis placebat quod Minister vester idoneus nobis per vos presentatus & à nobis approbatus ac nobis Juxta predictas convenciones juratus jurgia inter Cives nostros orta vel imposterum oriunda que de plano & sine scriptis & sine solemnitate juris expediri possunt adjunctis secum aliquibus bonis viris de plano & sine scriptis & sine solennitate Judiciorum audiret & discuteret ac sopiret secundum consuetudinem in ipsa Civitate longissimis temporibus observatam. Quamvis Valterus de Consignions quondam Vicedonnus Gebennensis ipsam attemptaverit impugnare. Quamvis enim personam vestram elegissemus & preelegissemus, necessarium tamen atque justum est ut diligenter discuciamus qui & quales sunt & erunt illi qui pro vobis in Civitate nostra Vicedonnatus officium excercebunt, placebat etiam nobis quod hujusmodi Minister vester minora maleficia per Laicos in ipsa 1293.

1236. Civitate commissa, que penam sanguinis vel bonorum publicationis, confiscationis, deportationis seu relegationis non exigunt, corrigeret & puniret, & de maleficiis tam majoribus quam minoribus per Laicos commissis inquireret, arrestando arrestandos, capiendo capiendos & captos ad nostrum carcerem reddendo per nos vel per Curiam nostram judicandos, & quod judiciales tenitiones de stando juri & parrendo juri in Curia nostra a reis reciperet, nisi forte nosmet ipsi recipere vellemus eas sicut continetur in quibusdam publicis Instrumentis exinde confectis. Sed & vos & Ministri vestri parere neglexistis monicionibus & requisicionibus supra dictis. Cumque vos tam & virtute fidelitatis & homagii quam ex debito juramenti deberetis nos contra adversarios nostros defendere efficaciter & juvare, Ministri vestri nuper in terram Ecclesie Gebennensis apud Piney insultum subito facientes quosdam de hominibus ipsius Ecclesie ibidem occiderunt quosdam graviter vulneraverunt & inutiles reddiderunt super quo dampno nulla satisfacio nostre Ecclesie fuit facta quamvis super hoc per nos personaliter fueritis requisiti, nuper etiam Ministri vestri Johannem de Chonmont Clericum & Johannem de Russins burgenses nostros & homines Ecclesie Gebennensis ceperunt, incarceraverunt & eorum bona rapuerunt & asportaverunt in maxima quantitate, que bono notissimo ac plenissimo jure Fisco nostro cederent si quocunque casu vel culpa eorum publicanda vel caufiscanda fuissent, & eosdem Johannem de Chonmont & Johannem de Russins per minas & per impressionem compulerunt ad subiciendum se dominacioni vestre & ad obligandum se & cetera bona sua eisdem ad opus vestrum ad dandam vobis maximam pecunie quantitatem quos etiam vos in speciali protectione vestra contra quasdam personas ut dicitur suscepistis, & quod dictu quoque perquam horrendum est, hidem Satellites vestri nuper cum ingenti multitudine armatorum ad domum nostram de longi mala venientes & januis demandato nostro pacifice patefactis ad tum furore ingressi & personam nostram contumeliosis verbis terri-


terribiliter agressi quosdam de familia nostra juxta latus nostrum ceperunt & captos turpiter abduxerunt & tandem morte nobis ut astantibus videbatur per ipsos intentata, nos ad Ecclesiam Dei fugere compulerunt super quibus omnibus nulla prorsus satisfacio nobis nec Ecclesie Gebennensi per vos vel Ministros vestros facta est quamvis super hoc diligenter fueritis requisiti. Quam vero dispendiosa, quam prejudicialis, quam dampnosa, quam timenda, quam horribilis fuerit Ecclesie nostre Gebennensi nunc & in futurum per dicta per vos & Ministros vestros tam dampnabiliter attemptata, quam clare & manifestissime vergent & cedant ad immensam exheredacionem & subvercionem status & libertatis Ecclesie Gebennensis nec non & vobis carissime Domine Comes ac Coadjutoribus & Consiliariis vestris in detrimentum eterne salutis nemo sane mentis potest excusabiliter ignorare. Nos igitur qui tam ex injuncto nobis officio quam ex proprio juramento tenemur non solum indempnitati nostre Ecclesie Gebennensis cui licet indigni sumus spirituali matrimonio cunjuncti summo studio prospicere sed etiam errantes & fluctuantes ad viam veritatis & portum salutis, reducere carissimorumque nobis in Christo filiorum & subdictorum nostrorum animabus Pastorali diligentia providere predicta per vos & Satellites vestros contra dictam Ecclesiam Gebennensem taliter perpetrata & etiam attentata dissimulare seu tacendo sustinere sine reatu negligencie dampnabilis & perjurii ac sine depositionis perpetue metu probabiliter non valentes, licet propter juramenta predicta & predictas convenciones per vos & Ministros vestros non observatas ac propter intolerabilem & manifestam Ministrorum vestrorum culpam pariter & offensam vobis scientibus & non emendantibus commissam sententiam privacionis super ipso Vicedonnatu contra vos merito proferre possemus vel forsitan deberemus. Persone tamen vestre nobis in Christo carissime quantum & in quibuscunque possumus deferre volentes. Vos merito ac Ministros & cooperatores & Consiliarios vestros in hoc facto tenore presencium monemus requirimus & 1293.

1293. rogamus quatenus a predictis invasione, occupacione, impedimento & perturbacione dominatus, seu Seignorie ac jurisdictionis nostre temporalis & meri & mixti Imperii nostri in Civitate & Suburbio Gebennensi omnino desistatis & ea nobis & Ecclesie nostre libere & in pace possidere vel quasi & excercere permittatis. Monentes nichilominus & quantum possumus exhortantes vos ut juramentum vestrum nobis super predictis prestitum sicut tantum Principem decet diligenter observetis sed tamen pretextu dicti Vicedonnatus aliquam Seigniorriam dominatum merum aut mixtum Imperium vel Jurisdictionem in Civitate Gebennensi vos habere contendatis supra id quod habent vicini in suis locis & territoriis Vicedonni. Nos parati fuimus sumus & erimus diligenter audire ac etiam de plano & sine exacta juris solennitate quidquid coram nobis, vel Curia nostra super hoc volueritis & poteritis proponere & probare & super propositis & probatis libentissime faciemus vobis complementum justicie, parati etiam erimus vobis super hoc gratiam quantamcunque poterimus exhibere. Inhibemus etiam vobis sub pena privacionis & amissionis dicti Vicedonnatus ne ulterius in his & ab his maxime que sunt meri & mixti Imperii & dominatus seu Segniorie in Civitate nostra Gebennensi nos seu Judices aut Baillivos nostros per vos vel per alium impedire, pertubare, seu quoquo modo molestare presumatis, in parte vel in toto, & quod de predictis seu in predictis vos nullathenus ingeratis vel etiam intromittatis in toto vel in parte, donec coram nobis vel Curia nostra probaveritis jus vobis competere in predictis nisi quatenus processerit de nostra voluntate libera & expressa. Monemus etiam vos quatenus predictos Johannem de Chonmont & Johannem de Russins homines nostros ac bona & res eorundem per Ministros vestros raptas & asportatas libere & integre nobis restitui faciatis ipsosque ab omni obligacione & ab omni subjectione & servitute vestra de novo contractis omnino & sine difficultate & sine dilacione deliberetis & quittetis ac de predictis per Ministros vestros contra nos tam nequiter perpetratis & attemptatis

ratis nobis & Ecclesie nostre plenam & condignam satisfacionere faciatis vel fieri procuretis, abstinentes etiam de cetero a similibus attemptandis contra jura & libertates Ecclesie Gebennensis alioquin reatum perjurii diutius sustinere & ulterius differre non possumus quim contra vos & Ministros vestros saltim mandata Viennensis Concilii prout ordo racionis exegerit, exequamur. Datum apud Palays in orto Fratrum Predicatorum Gebennensium anno die & indictione quibus supra presentibus Domino Abbate Habundancie, Fratre Marcho Priore Fratrum Predicatorum Gebennensium, Dominis Petro de Sancto Jorio, Petro de Poulie, Rodulpho de Sancto Jorio, Matheo ejus fratre, Petro de Thoiri, Wullermo de Mentunay, Jacobo Cothaiz, Stephano de Compeys, Wullermo de Bogniaz, Symondo de Vercellis Canonicis Gebennensibus, Domino Wullermo de Setenni Milite, Domino Hugone de Botesel Milite, Domino Nicolao de Sancto Germano, Domino Petro Balli, Domino Nicolao de Foraz, Benedicto Allianiz, Domino Johanne Curato de Siez, Johanne de Meyrins Clerico, cum pluribus aliis testibus ibidem astantibus. Et ego Girardus de Consignions Clericus Alme urbis prefata auctoritate Judex ordinarius atque publicus Notarius predictis omnibus interfui, rogatus per dictum Dominum Episcopum scripsi signoque meo consueto signavi. Verum quia diligenti collacione facta de premissis literarum nostrarum & exequcionis earum ac Instrumenti tenoribus cum suis originalibus premencionatis utrumque comperimus concordare nichil addito detracto nec mutato per quod facti substancia qualitercunque varietur neque possit quomodolibet immutari parte prefati Venerabilis Domini Procuratoris qui in absencia personarum memoratarum omnium & singularum ad hodiernam diem & locum subscriptos ut ex predictis litteris nostris ac earum exequcione legitur eciam citatarum & monitarum per se nec alium nullimode comparencium licet debite proclamatarum & expectatarum earum ac cujuslibet ipsarum contumaciam accusavit super hoc requisiti omnes hujusmodi personas & quamlibet earun-

1293.

1293. dem ſuis exigentibus negligencia ac remiſſu pro contumacibus reputantes & habentes mentem premiſſarum literarum noſtrarum inſequendo ipſas originales literas earum exequcionem ac Inſtrumentum per duos Notarios publicos Curieque noſtre Secretarios & Scribas ſubſignatos in has tenorum formas tranſcribi ac exemplificari juſſimus & fecimus, tantam ubique fidem dictis tenoribus adhibendam fore & adhiberi debere; propterea decernentes quanta originalibus predictis adhiberetur & adhiberi deberet noſtras autem & Decretum pro Tribunali more majorum ſedendo nichilque de contingentibus omittendo, his denique interponentes preſentes quas per eoſdem Notarios Secretarios & Scribas ſubſignatos tot ac tociens fieri concedimus quot & quociens fuerint requiſiti, noſtra manuali ſubſcripcione ſolitique Curie noſtre Sigilli appenſione debite communitas. Datas Gebennis in Clauſtro Venerande Cathedralis Eccleſie quo Tribunal noſtrum eſt teneri ſolitum, die decima nona menſis Januarii anno Domini milleſimo quatercenteſimo octuageſimo ſeptimo ab ejus natali ſumpto.



Et quia ego Petrus Levrerii Civis Gebennenſis Imperiali & Ducali Sabaudie auctoritatibus Notarius publicus & Ducalis Secretarius ac Curie Officialatus Gebennenſis communis Conſcriba viſioni, lectioni & collacioni premiſſis cum ſub nominato egregio Anthonio Richardi preſens fui, ideo hic cum eodem me ſubſcripſi & ſignavi, ſigno & ſubſcripcione meis ſolitis in teſtimonium premiſſorum.

Quibus viſioni, lectioni & collacioni premiſſis cum ſuprafcripto egregio Petro Levrerii preſens fui, ideo hic cum eodem me ſubſcripſi & ſignavi, ego Anthonius Richardi de Albiaco Gebennenſis Dioceſeos, Curie Officialatus Gebennenſis communis Scriba in teſtimonium premiſſorum. Idem Richardi.

Il y a à cet Acte le Sceau de l'Official.

XXVII.

XXVII.

Instrumentum circa Monetam cudendam, anni 1300.

Coll. cum Origin.

1300. *Voy. Tom. I. pag. 57. aux Notes.*

NOs Martinus divina permiſſione Gebenñ. Epiſcop. noſque Capitulum Eccleſie S. Petri Gebenñ. notum facimus univerſis preſentes literas inſpecturis: Quod cum jus Monete cudende ſpectet & ſpectare debeat ad ſolum Epiſcopum & Eccleſiam Gebenñ. in tota Dioceſi Gebenñ. tam ratione privilegiorum Imperialium, quam conſuetudinis longiſſimis temporibus obſervate, maxime tantis temporibus, quod de contrario memoria non exiſtit, ſic quod neceſſitate urgente & utilitate communi ſuadente Epiſcop. Gebenñ. habeat nunc Monetam cudere, que non poſſit cudi propter diminutionem aliarum monetarum ſecundum curſum antiquum & ſecundum pondus legitimum & legem aprobatam, niſi cum magnis expenſis Menſe Epiſcopalis ex quibus dicta Menſa non modicum lederetur, & niſi fierent dicte expenſe, oporteret dictam monetam legitimo pondere defraudari; ex quo tam dicte Gebenñ. Eccleſie tam in capite quam in membris, totique Reipublice & perſonis ſingularibus enorme periculum & dampnum non modicum emineret. Conſideravimus multotiens qualiter circa predicta poſſet ſalubre remedium adhiberi; Pretera cum fabrica Cathedralis Eccleſie Gebenñ. ſit non modico debitorum pondere honerata, in qua etiam fabrica expenſe eſſent neceſſarie de novo faciende, quibus omiſſis hiis que jam ibi facta ſunt emineret periculum & longe eſſent jam ibi facta deteriora futura, & ſic providendum erat, qualiter dicte expenſe poſſent fieri, ut poſſet dictum periculum evitari, & quod dicta urgentia debita ſolverentur; ſimiliter multotiens advertimus & conſideravimus qualiter poſſet predictis occurri, ita quod ceſſarent dicta pericula & predicta debita ſolverentur;

Unde

1300. Unde multiplici collatione inter nos habita pluribusque habitis tractatibus diligenter ad honorem Dei, Beate Marie, Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, totiusque celestis Curie, volentes predictis occurere periculis, & tam Reipublice quam dicte Ecclesie & singularibus personis totius Dioceseos providere super predictis deliberate & provide duximus ordinandum, Et presentialiter ordinamus & disponimus, Quod fructus exitus & reditus Beneficiorum que vacare contingit in Civitate & Diocesi Gebenñ. videlicet Decanatuum & Ecclesiarum Parochialium, ad collationem seu presentationem cujusque persone vel Ecclesie spectantium & nichilominus Prioratuum ad nostram collationem spectantium primo anno dicte vacationis cedere debeant ad predicta honera supportanda & ad dicta negocia feliciter peragenda, & hoc per continuum trihennium a die presentium numerandum ita quod media pars dictorum fructuorum, exituum & redituum cedat ad utilitatem & expeditionem memorate monete & alia medietas cedat ad utilitatem dicte fabrice, tam pro dictis expensis faciendis de novo, quam pro prefatis debitis persolvendis; Et quod quicunque infra dictum terminum trianorum annorum, tale beneficium quoquo modo nactus fuerit, seu ita beneficium collatum extiterit de predictis fructibus, exitibus & reditibus primi anni respondere & satisfacere teneatur personis infra declaratis a nobis super hoc deputatis; Vel quod dicte persone una cum auctoritate nostra predicti Episcopi possint ordinare super exactione & accensatione dictorum fructuum prout eis secundum Deum & non defraudato Divino Officio videbitur faciendum que persone debent rescipere & custodire obventiones dictorum rediuum, fructuum, exituum in predictis & ad usus predictos feliciter & salubriter expendendas & de receptis tenentur reddere legitimam rationem personas autem predictas deputamus predictis omnibus faciendis, presentes recipientes, videlicet Dominum Rodulphum de Sancto Jorio, Guichardum de Pontevitreo nunc operarium dicte fabrice, & Nicolaum de Sancto Germano Canonicum Gebenñ. Hoc acto inter

inter nos & ordinato comode quod si dicta parte que cedere debet ut supra ad expeditionem dicte monete prefatis necessariis & utilibus expensis dicte monete aliquid superesset, vel si contingeret quod dicta moneta aliquo casu non cuderetur, illa pars vel residuum dicte partis cedat & cedere debeat ad munitionem, edificationem & reedificationem Castrorum Ecclesie Gebenn. quod est valde necessarium, eo quod male sunt munita & edificata, & quedam eorum minantur ruinam & propter hoc multis periculis sunt objecta & illud residuum cum Consilio nostro, scilicet Episcopi & Capituli per dictas personas, in dictis negociis dictorum Castrorum fideliter expendantur. In quorum omnium robur & testimonium, nos predicti Episcop. & Capitulum, Sigilla nostra duximus huic presenti Instrumento apponenda. Datum Gebennis in Ecclesia predicta in Capitulo, Kal. Juniis anno Domini M. CCC.

Il y a pendans à l'Acte, le Sceau de l'Evêque & celui du Chapitre.

XXVIII.

Littera quomodo Episcopus, cum suo Capitulo & Burgensibus, faciebat fieri monetam. 1300.

Coll. cum Origin.

LA condicion de la monea de Geneva, en la quel ele se doit batre, est tele. Ce est a savoir que nos li Eveques de Geneva, per nos e per nostres successors, dou Conseil de nostre Chapitre de Geneva e de nostres Borgeis, donons & outroyons a Benjamin Thomas Lombar de Ast, e a ses Compagnions, les quez il voudroit metre en ceste letre, nostre monee de Geneva, a faire e a batre six ans per entier, li quez se devions comancier a feste tos Senz prochayn, ou ancors se plus tost la poiont comancier a batre; Ce est a savoir a IIII. d. e melli de ley dargent de Monpeller, e

1300. *Voy. Tom. I. pag. 58. aux Notes.*

1300. a XVIII. ſoz, e IIII. d. de blanchix de peis le march de tires, en tel condicion que ſe li march de XVIII. ſoz e IIII. d. eſtoit ralliés a III. d. trop fors que autretant, quan en ſeroit fait de ceay fors puiſſont faire e retorner de foibles, e ſe des foibles eſtoit fait de III. d. le march, que autretant deuſſont faire de fors. Apres nos volons e outroyons, que ſe ladite monea eſtoit faite e batue, a mais II. grans, ou a mains de ley, que tant quant en ſeroit fait a mais, que lon en puit faire a tant mains, autre fois enſy quant il eſt acuſtume es autres monees. Apres lour donons e outroyons, e lour prometons en bone foi de tenir totes les franchiſes e les cuſtumes, les quez ſont acuſtumees de tenir, e de doner ax Maitres, e ax moneors de monees. Apres lour prometons preſter aut comancemant de la monea XI. m. livres de la monea de Geneveis, qui cort orendroit a Geneva, par les pace de un ant, e paſſe ledit ant, il nos deivont payer celes de XI. m. livres, ce eſt a ſavoir gros tourneis de peis trezein d. Apres lour prometons de mantenir la dite monea ſix ans per entier, en tel manere que quant nos li devant diz Eveques, doit prendre IIII. d. par march, e plus a noſtre volunte, nos es diz monneors fazans grace, tel que des diz IIII. d. nos lour laiſſons III. d. per march, les II. premers anz, e por les autres IIII. ans enſeguenz II. d. por march. E ceſte grace nos lour facions pour melioremant de la monea. Apres lour prometons doner, e faire doner cors a la dite monea a noſtre pooir, per nos e per les Barons dou pays en toz les lues ou la monea de Geneveis eſt acuſtumee de corre en lEveſchie de Geneva. E ſe ce eſtoit que nos ce ne feiſans, nos lour prometons en bone foi, rendre e reſtourir toz les damages, les cuez, il ſoſtiendroiont por tele ochiſon. Apres lour outroyons e prometons, que tant toſt quant la dite monea nova ſera overte e comancie a livrer, que nule autre monea ne coret, a noſtre pooir en bone foy, fors que ladite monea nova, la quel il feroiont; E ſe ce nos ne facions, nos lour prometons de rendre les damages qu'il por ce ſoſtiendroiont.

Apres

Apres lour outroyons, quil puissont de xxx. mars, faire un march de mellies Geneveises dou peise de la ley, que mellies deivont estre selonc la valour des deniers quil feront, e qui mellies sont acustumees de valoir es autres monees, ce est a savoir v. mellies a la valour de II. d. E totes cetes choses devan dites, je li devandiz Benjamins Thomas prometu en bone foi, por moi e por mes compagnions a randre faire e garder a mon pooir, e ce je outroye e consentu, e que je ne venray en contres. En tegmoyen de la quel chose je hay bailie aut dit nostre Seigniour lEsveque, cest escrip sellee de mon sael pandant. Done a Geneva le Dijous apres feste sein Lorent, en lant de nostre Segniour corant, mile trois cenz.

Le Sceau de Thomas Benjamin d'Ast, ici figuré, pend au bas de l'Acte.



XXIX.

Homagium præstitum Episc. Gebennensi, per Comitem Geb. anno 1305.


Collat. cum Origin. vidim. 1398.

ANno Domini M°. CCC°. quinto, Indictione tertia, III. Kal. Maii, per hoc presens publicum Instrumentum, cunctis appareat evidenter, quod in presentia mei infra scripti Notarii, & testium subscriptorum, personaliter constituti, Reverendus in Christo Pater Dominus Aymo divina permissione Gebenn. Episcopus, ex una parte, & Illustris vir Dominus Amedeus Comes Gebenn. ex altera; idem Dominus Comes, sciens & spontaneus, fecit & recognovit fidelitatem & homagium ligium, predicto Domino Episcopo, reci-

1305. *Voy. Tom. I. pag. 58. au Texte, & aux Notes.*

1305. cipienti nomine ſuo, ſucceſſorum ſuorum, in Epiſcopatu & Eccleſia Gebenn. prout moris eſt, oris oſculo mediante, excepto homagio, ſeu fidelitate Imperatoris. Preterea ad interrogationem ipſius Domini Epiſcopi nomine quo ſupra interrogantis, confitetur & publicè recognoſcit dictus Dominus Comes, infra ſcripta eſſe & debere eſſe, & movere de feudo ligio ipſius Domini Epiſcopi & Eccleſie Gebenn. videlicet Caſtrum Gebenn. & omnia alia, que idem Dominus Comes tenet ſeu poſſidet, vel quaſi infra banna Civitatis Gebenn.; Item Caſtrum de Balleſone; Item piſcariam Rodani Gebenn. quam ibidem debet percipere ſeu conſuevit die Mercurii Dominus Fucigniaci. Item ea que poſſidet apud Lancye. Item curſum Rodani cum ejus piſcaria & Dominio, ab aqua dictâ Aronda inferius, uſque ad Cluſam, que curſum, piſcariam & Dominium aſſerit idem Dominus Comes, ſibi data fuiſſe in augmentum feudi, à bone memorie Domino Guillelmo quondam Epiſcopo Gebenn.; Item tractus ſeu piſcariam aque Araris, videlicet quidquid ibidem habet, & etiam quidquid Dominus Fucign. ibidem habet, percipit ſeu percipere conſuevit die Mercurii. Item Caſtrum de Ternie; Item Riemilliacum in Arbaneſio. Item Caſtrum Montisfalconis. Item Caſtrum de Scalis. Item ut credit pendentia Caſtri de Caſtellione, in terra Fucign. & pendentia Caſtri de Fucign., Et amplius non recolit idem Dominus Comes, ad preſens de facto feudo ut aſſerit, & ſi amplius recolat declarabit. Et ſuper hiis requiſivit Dominus Epiſcopus, predicto nomine quo ſupra, me infraſcriptum Notarium, ut ſibi facerem publicum Inſtrumentum. Datum apud Saconay in domo ipſius Comitis, in Capella juxta Altare; Preſentibus venerabilibus & diſcretis viris, Dominis Nicholao de Sancto Germano, Cantore Gebenn. Guichardo Decano Anenſ. Decano Davull., Rodulpho de Sancto Jorio, Stephano de Compeſio Can. Gebenn., Stephano de Sancto Jorio, Anſermo Davi Clericis, Amegodo Davi, Jaquemeto de Boſellis Notariis fratribus, Petro & Hugone Hoſpitalariis de Compeſieres, Domino Aymone Suchet, Capellano, dic-

dicti Domini Comitis, Petro de Bons Burgeñ. de Bastia, & pluribus aliis testibus ad predicta vocatis specialiter & rogatis. Anno, die, loco, & indictione quibus supra; Et ego Petrus de Albarosa, publicus Imperiali auctoritate Notarius predictis interfui, una cum testibus supra scriptis, & Notario infra notato, & predicta de mandato Domini Comitis predicti scripsi & in formam publicam redegi, fideliter & more solito, signavi à predicto Domino Episcopo, nomine quo supra instanter requisitus & rogatus. Et ego Jacobus de Bosellis Notarius publicus, auctoritate Imperiali, & Illustris Dñi. Comitis Sabaudie, hiis omnibus super scriptis, presens interfui una cum Notario & testibus supra scriptis, & rogatus huic Instrumento publico, apposui signa mea consueta, in testimonium veritatis.



Le Sceau de l'Official pend au bas de ce Vidimus.

X X X.

Homagium præstitum Reverendo Domino Episcopo Gebennensi per Dominum Guillelmum de Jonvilla Dominum Gay, anno 1305.

Collat. cum Origin. vidim. ann. 1487.

NOs Guillames de Jonville Sirez de Geyz facons savoir a tot cez qui verront cez presens letres, que nos confessons estre & devoir estre hons de en Crit Pare de Sire Aimu, par la grace de Deu Evesque de Geneva, & tenir de celluy en feu le feu de Avison & le marchie de Geyz, lyques est le Dylons, & la feyre de Geyz & le marchie de 1305. *Voyez Tom. I. pag. 52. aux Notes.*

Divone, leques est le Dimars, & le marchie de Sant Johant de Goveillies, liques est & doit estre le Dimescre, lequel homage nos li avons fait à Sessie le Dimenge aprest feste Sent Johant Baptite, lant de nostre Seniour corant p. M. & tres cens & cinq antz, en nom de luy & de lEglese de Geneva; saltres Seniour su est asavoir, sal la feitee dou Seniour de Fucignie, & sal la feitey du Conte de Geneva, & sal la feitey de l'Abey de Sent Toant de iour. Et li prometons en nostre bonne foy, en non que desus porteir & tenir bonne foi, ensy que bons Vassas doit porter & tenir a son bon Seniour, voluns & outreyons que ly feitey, que nos ly avons fait a Sessie, a lenavant ne pout porteyr prejudice audit Evesque, ne a ses successors, ne a lEglese de Geneva, que nos & nostre heir non fussent tenu fayre ladite feitee en lEglese Sant Pere de Genevaz, ou temoin de laquel chose, nos li devans Sirez de Geyz, avons mis nostre Sel pendant en ces presens letres données en lant & ou jour que desus.

Le Sceau de l'Official pend au bas de ce Vidimus.

XXXI.

Homagium Dñi Ludovici de Sabaudiâ, nomine Monetæ Nyviduni Dioceseos Gebennensis cudendæ.

Coll. cum Origin. Vidim. An. 1487.

1308. *Voy. Tom. I. au Texte & aux Notes.*

IN nomine Domini Amen. Anno à nativitate ejusdem millesimo tercentesimo octavo. Indictione sexta, secundo nonas Aprilis, apud Verneyr Dioces. Gebenñ. Videlicet retro Ecclesiam, in presencia nostrum Notariorum & testium infra scriptorum, Venerabiles viri Dominus Nicolaus de S. Germano Cantor Gebenñ. Dominus Berardus Decanus Albone, Dominus Verllio Ravoyri Miles, & Magister Guido Canonicus Arbitri, arbitratores seu amicabiles Compositores, communiter electi per Reverendum in Christo Patrem Dominum Aymo-

Aymonem, Dei gratia Episcopum Gebenn., ex una parte, & 1300.
illustrem virum Dominum Ludovicum de Sabaudia, Dominum Waudi, ex altera, prout utraque pars asserebat, & extat publicum Instrumentum, per manum mei Aymonis Notarii infra scripti, scriptum super discordia inter eos vertente, occasione monete, quam idem Dominus Lodovicus, & pater suus, per aliquod tempus fabricari seu cudi fecerunt, Villa Nyviduni Gebenn. Diocesis, pro eo, quia idem Dominus Ludovicus pater, tempore suo & idem Dominus Ludovicus filius, asserebant se posse cudere monetam, in terra sua, tam racione sui generis Sabaudie, quam ex privilegio. Regis Alamagnie, sibi concesso, quod tamen dictus Dominus Episcopus nullathenus confitebatur; Et super hoc diu questio, tam inter dictos Patrem & filium, quam inter dictum Dominum Episcopum, & ejus Predecessores ventilata fuisset. Volentes dicte discordie finem imponere concorditer pronunciaverunt & arbitrati fuerunt presentibus dictis partibus, & dictam pronunciationem fieri postulantibus. Imprimis, quod idem Dominus Episcopus, suo & Ecclesie sue nomine, consensum & auctoritatem prestet eidem Domino Lodovico, & heredibus suis, in terra quam nunc obtinet, & imposterum obtinebit ipse vel dicti heredes sui in Diocesi Gebenn., quod ipsi de cetero, licite possint quandocumque eis placuerit in quolibet loco dicte terre excepta terra Ecclesie fabricari seu cudi facere, bonam & legalem monetam, in alio caractere quam si caracter Gebenn. monete; Et quod idem Dominus Episcopus cursum dicte monete non impediat, sed mandare debeat simpliciter, sine alia exactione, quam facere non teneatur, universis & singulis, in dicta Civitate & Diocesi Gebenn. constitutis, quod ipsam monetam, pro justo ipsius valore habito respectu ad predictam Gebenn. monetam, sine difficultate recipiant. SECUNDO quod idem Dominus Ludovicus, suo & heredum suorum nomine, publice recognoscere debeant, se dictam monetam, seu jus cudi faciendi, in feodum perpetuo tenere, a Domino Episcopo & Ecclesia Gebenn., predictis, &

1308. & sibi & successoribus suis, homagium facere. Salvis homagiis, in quibus tenetur, seu teneri dicitur Regibus Alamagnie, Francie, Anglie, & Vienne, & Comitibus Sabaudie & Burgundie, vel eis qui dicto Comiti Burgundie successissent, vel succederent in Castro de Morges, Lausannensis Diocesis, pro quo Castro idem Dominus Ludovicus, prout asserit, dictum homagium prestare tenetur; Et eo salvo quod si contingeret eidem Domino Lodovico aliquam terram, ex causâ dotis vel hereditarie successionis obvenire, pro qua homagium prestari deberet, quod idem Dominus Lodovicus dictum homagium prestare possit, ante homagium predicti Domini Episcopi; Quodque idem Dominus Lodovicus & heredes sui, Dominum Episcopum & Ecclesiam predictos posse suo tueri & deffendere teneantur, tanquam boni Vasalli, contra omnes, supradictis personis duntaxat exceptis; Et e converso idem Dominus Episcopus, & successores sui, tanquam boni Domini Prelati, exceptis personis quibus idem Episcopus racione homagii ante dictas convenciones tenebatur, eumdem Dominum Lodovicum & heredes suos, thueri & defendere teneantur. TERCIO quod dictus Dominus Episcopus & ejus successores habeant & percipiant quartam partem, integre & sine fraude, tocius emolumenti dicte monete, Et quod magistri ipsius monete qui pro tempore fuerint, jurent & jurare teneantur, in manibus dicti Domini Episcopi, & successorum suorum, vel nunciorum suorum, ad locum in quo cudetur dicta moneta, destinandorum bonam & legalem monetam cudere, seu cudi facere, & ipsam nullo modo falsare, eidemque Domino Episcopo & successoribus suis, vel eorum nunciis ad hoc deputatis, dictam quartam partem integre solvere, & de hiis tradere, seu tradi facere publicum Instrumentum. QUARTO quod idem Dominus Episcopus & ejus successores; debeant si velint, per se vel per nuncios suos, examinationi & distributioni dicte monete interesse. QUINTO quod dictus Dominus Lodovicus & heredes sui, teneantur posse suo, dicte monete Gebenn. facte & faciende cursum dare per totam terram suam


ſuam habitam & habendam. SEXTO, quòd idem Dominus Epiſcopus, bona fide procuret, ſi poterit, quod Capitulum Gebenñ., hanc preſentem concordiam approbet & ratificet. Et ſi hoc procurare non poſſit, ſupplicet ſummo Pontifici, quod ipſam concordiam confirmet. Quibus ſic pronunciatis, Domini Epiſcopus & Lodovicus prefati, facta prius proteſtatione, per dictum Dominum Lodovicum, quod per hanc concordiam non vult nec intendit, quoad alias perſonas privilegiis ſuis, que habet ut aſſerit, de Moneta, ubique in terra ſua licite cudendâ, in aliquo derogare, dictam pronunciationem expresſe emologaverunt & approbaverunt, ac ſibi ad invicem nominibus quibus ſupra ſolenniter promiſerunt dictus Dominus Epiſcopus ſacro Sanctis Evangeliis coram eo propoſitis, & dictus Dominus Lodovicus dictis Evangeliis corporaliter tactis, predictam concordiam, perpetue, firmiter attendere & obſervare, & contra eam in aliquo non venire, nec alicui contravenienti conſentire; Idemque Dominus Lodovicus, ſuo & heredum ſuorum nomine, confeſſus fuit, & publice recognovit, ſe tenere in feodum, dictam monetam, ſeu jus cudendi ipſam monetam, in dicta terra ſua, quam habet & habiturus eſt, in predicta Dioceſi Gebenn., a Domino Epiſcopo & Eccleſia Gebenn. predictis; & ſibi homagium fecit, ſalvis homagiis ſupradictis; & inde preceptum eſt nobis Notariis infra ſcriptis, duo fieri Inſtrumenta ejuſdem tenoris. Teſtes autem ad predicta vocati & rogati fuerunt, Religioſi viri, Dominus Stephanus Prior de Satigniaco Dioceſis Gebenñ. Dom. Jacobus Corbelli Prior S. Johannis Gebenñ. Dominus Nicolaus de Foraz Decanus Rumilliaci, Dominus Rodulphus de Cornillione Curatus Sallanchie, Dominus Johannes de Montibus Miles; Dominus Joffredus de Grandimonte Miles, Dominus Guillelmus Chantonay Miles, & Dominus Nicolaus Curatus de Chaloes. Datum anno die loco quibus ſupra. Et ego Franciſcus de Solerio de Yporregia, Imperiali auctoritate Notarius publicus, a dictis partibus vocatus & rogatus, una cum infraſcripto Notario & teſtibus ſupra ſcriptis, predictis omnibus 1308.

presens fui, eaque manu propria scripsi, & in forma publica redegi, & signum meum consuetum apposui, in testimonium veritatis. Et ego Aymo Gondrandi de Sancto Brancherio Clericus Sedunensis Diocesis publicus Notarius, sacri Imperialis Palacii, rogatus a dictis partibus his predictis omnibus una cum Notario & testibus supra scriptis presens fui, & me subscripsi, & presentem Cartam signo meo consueto signavi, in testimonium veritatis. Et nos Episcopus & Lodovicus prefati confitemur & recognoscimus, universa & singula in suprascripto Instrumento contenta, vera esse. In cujus rei testimonium & dicti Instrumenti majoris roboris firmitatem, Sigilla nostra eidem presenti Instrumento duximus apponenda.

XXXII.

Homagium Comitis Gebenn. anno 1313.

Coll. cum Origin.



1313. ANno Domini M°. CCC°. XIII°. Indictione XI. Non. Martii, coram me Notario & testibus infrascriptis, Personaliter constituti Reverendus in Christo pater, Dominus P. permissione divina, Gebenn. Episcopus, ex una parte, & Illustris vir Dominus Guillelmus, Comes Gebenn., ex alterâ, dictus Dominus Guillelmus, Comes Gebenn., confessus fuit & publicè recognovit, se esse, & esse velle, & debere hominem ligium predicti Domini Episcopi Gebenn. salva fidelitate Imperatoris, confessusque fuit & recognovit ipse Dominus Comes Gebenn., se tenere & tenere

velle

velle & debere in feudum, a predicto Domino Episcopo Gebenn., omnes res quas Pater ipsius Domini Comitis, recognovit, tenere a predecessoribus ipsius predicti Domini Episcopi Gebenn.; Et specialiter predictus Dominus Comes confessus fuit & publice recognovit, se tenere & tenere velle & debere in feudum, a predicto Domino Episcopo Gebenn., Castra & mandamenta de Gebenn. de Ternyer, de Balleyson, de Rumillier in Arbaneys, Monfalcon, les Exchyelles, cum suis juribus, pertinentiis & appendentiis. Item illud, quod tenet in cursibus Araris & Rodani; Item forum de Togini, & pendentia Castellionis. Promitens predictus Dominus Comes bona fide, predicto Domino Episcopo firmiter stipulanti, quod sibi erit & successoribus suis obediens & fidelis prout in capitulis fidelitatum novarum & veterum continetur, & ipsum juvare contra omnes, excepta fidelitate supradicta. Datum & actum Gebenn. in Ecclesia Sancti Petri, inter duo majora altaria; Ubi ad hec fuerunt testes presentes & rogati, videlicet viri Venerabiles & discreti, Dominus Nicolaus Cantor Gebenn., Dominus Guichardus de Pontevitreo, Guillelmus de Veramullino, Dominus Stephanus de Compeys, Emericus de Vosserie, Canonicus Gebenn. Hugo Dardelli, Dominus Petrus de Ternyer, Dominus Abbas de Intermontibus, Prior de Rumillie, plures alii. Et ego Henricus de Balmis auctoritate Imperiali Notarius, juratusque Curie Gebenn. qui predictis presens fui & rogatus scripsi, signis meisque nomine roboravi.

1313.

XXXIII.

Pacta inita inter Episcopum Gebenn. & Comitem Sabaudiæ, & promissiones per ipsum Comitem factæ, faciendi eidem Episcopo, homagium & fidelitatem, anno 1319.

Collatum cum Originali.

1319. NOs Petrus divinâ permissione Gebenn. Episcopus, Et nos Amedeus Comes Sabaudie. Notum facimus Universis, quod mediantibus procuratoribus & nunciis nostris, Conventiones ad invicem inivimus infrascriptas, imprimis, nos dictus Episcopus, salvo per omnia juramento, quo Ecclesie nostre tenemur obnoxii & protestatione nostrâ premissâ, quòd per ipsas conventiones non intendimus, nec volumus, alicui juri, nobis seu dicte Ecclesie, in Civitate Gebenn. & ejus suburbiis vel alibi competenti aliquathenus derogare. Nec eidem Domino Comiti, in Civitate & suburbiis supradictis, jus aliquod, de novo conferre, bonâ fide promisimus, & tenore presentium ipsi Domino Comiti iterum bona fide promitimus homagium, quod nobis Gebenn. infra majorem Ecclesiam facere tenetur, ibidem quandocunque sibi placuerit eo modo recipere, quo ipsum Predecessores nostri ab ipso Domino Comite aliàs receperunt, seu recipere consueverunt. Nullamque conjurationem seu confederationem, contra prefatum Dominum Comitem, liberos suos, nec gentes suas, modo aliquo facere, nec facientibus, seu facere volentibus, consensum, auxilium, vel favorem, scienter prebere, dampnum, dedecus, seu vituperium, nec diminutionem honoris & status ipsorum, scienter quomodolibet procurare, Nec procurantibus, seu procurare volentibus, aliquathenus consentire, nec etiam dolo, vi, vel clam procurare, seu consensum prebere quod status & amicitie, quem & quas idem Dominus Comes habet Gebenn., in aliquo minuantur. Et versâ vice nos dictus Comes, ei-

eidem Domino Episcopo, pro nobis & liberis nostris, bonâ fide promisimus; Et iterum tenore presentium, bonâ fide promitimus, supradictum homagium, sibi eo modo fecere, quo alias Predecessoribus suis, cum homagium fecimus, seu facere consuevimus, quandocumque super hoc, fuerimus requisiti, honorem, comodum, & statum suum Gebennis, & alibi perpetuò procurare, personam suam & jura sua, & dicte Ecclesie sue, ubique deffendere, prout ratione dicti homagii facti & faciendi de jure tenemur, ac etiam eidem Domino Episcopo, bonum computum reddi facere, per Vicedonnos, qui pro tempore fuerint Gebeñ., de omnibus exitibus ad ipsum Dominum Episcopum spectantibus, juxta declarationem contentam in litteris sigillatis, sigillis Reverendi in Christo Patris Domini Archiepiscopi Tharentasiensis, nostri dicti Comitis, & bone memorie Domini Aymonis de Quarto, Predecessorum ipsius Domini Episcopi, & quam-plurimorum aliorum qui ipsam declarationem fecerunt. In quorum omnium robur & testimonium, sigilla nostra duximus presentibus apponenda, secundo Nonas Decembris, anno Domini M°. trecentesimo, decimo nono.

Les Sceaux de l'Evêque & du Comte pendent au bas de l'Acte.

XXXIV.

Recognitio & Homagium Ludovici de Sabaudiâ, Domini de Vuaudo, factum Episcopo, 15. Augusti 1343.

Collat. cum Origin.

IN nomine Domini, Amen. Anno ejusdem M. CCC. XLIII. Indictione XI. die XV. Mensis Augusti, coram me Notario & testibus infra scriptis, personaliter constitutus, Vir Illustris Dominus Ludovicus de Sabaudia, Dominus de Vaudo ex una parte, & Reverendus Pater Dominus Alaman- 1343.

1343. dus Episcopus Gebenñ., ex altera. Ipse Dominus Ludovicus confitetur, & . . . . . recognoscit se esse, velle esse, & debere esse, hominem dicti Domini Episcopi & successorum suorum. Ipsumque homagium fecit ipse Dominus Ludovicus, manu & ore, prefato Domino Episcopo recipienti, nomine suo & suorum successorum, promittens ipse Dominus Ludovicus fide bona, facere & prestare ipsi Domino Episcopo recipienti, ut supra, ea que bonus Vassallus, Domino suo facere debet & prestare, secundum quod in novo & antiquo capite, de forma fidelitatis continetur; Recognoscens se tenere a prefato Domino Episcopo, ea que alias recognovit in manu predecessorum ipsius Domini Episcopi, & que in instrumentis inde factis continentur; Quibus sic peractis, peciit prefatus Dominus Episcopus, inde per me Notarium infra scriptum fieri publicum Instrumentum. Actum Gebenñ. in domo habitationis dicti Domini Episcopi, presentibus Magnifico viro Domino Amedeo Comite Gebenñ., Dominis Nycodo de Farneij, Petro de Compeys militibus, Humberto Primat, cive Gebenñ. Girardo de Valier Jurisperito, testibus ad predicta.

Ego vero Ansermodus Ambrosii de Clusis Clericus auctoritate Imperiali publicus Notarius, omnibus & singulis premissis, dum sic agerentur, presens fui una cum testibus memoratis, presensque Instrumentum exinde recepi, quod scripsi manu propria, signoque meo solito consignavi fideliterque tradidi..... Datum ut supra, Ans. Ambrosii.

XXXV.

XXXV.

Homagium factum per Comitem Gebennensem, Episcopo, in Castro de Claromonte, anno 1346. cùm debuisset in Ecclesia S. Petri.

Collatum cum Originali.

NOs Amedeus Comes Gebeñ., Notum facimus universis presentes literas inspecturis. Quod cum nos & antecessores nostri Comites Gebeñ., consueverimus facere & exibere homagium & fidelitatem ad quam, & quod tenemur Episcopo Gebeñ. consueverimus inquam, predicta facere & exibere in Ecclesia Sancti Petri Gebeñ.; seu infra claustrum predicte Ecclesie, prout Episcopis predicte Ecclesie, qui pro tempore fuerunt in Ecclesiâ predicta placuit: Reverendus in Christo Pater Dominus Alamandus, Dei gratia nunc Episcopus Gebeñ., Dominus noster de gratia speciali anno Domini M. CCC. XLVI. die Jovis post assumptionem Beate Marie Virginis, fidelitatem & hommagium predictum recepit à nobis in Castro nostro de Claromonte, cum nos assereremus, quod ad dictam Ecclesiam Sancti Petri Gebeñ., ad presens commode non poteramus accedere, quibusdam inevitabilibus negotiis impediti, & predicta recepit sub protestatione, quod non prejudicet in posterum ipsi Domino Episcopo, nec successoribus suis in dicto Episcopatu, nec Ecclesie Gebeñ., quin in posterum perpetuo teneamur nos & nostri successores Comites Gebeñ., predicto Domino Episcopo & suis successoribus Episcopis Gebeñ. facere & prestare dictam fidelitatem, & dictum hommagium in Ecclesia Sancti Petri Gebeñ., seu infra clausuras dicte Ecclesie ad voluntatem Episcoporum, qui pro tempore fuerint in Ecclesia memorata; Quam protestationem ratam habemus, pro nobis & nostris successoribus atque firmam. In cujus rei testimonium Sigillum nostrum presentibus 1346.

duxi-

duximus apponendum. Anno, die & loco quibus ſupra. Per Dominum in Conſilio, preſentibus Dominis Petro de Compeys milite, Stephano de Compeys Canonico Gebenñ., Judice & Humberto de Navi, Jo. Alberti.

Le Sceau du Comte de Genevois pend au bas de l'Acte.

XXXVI.

Prima Revocatio Vicariatus contra Comitem Sabaudiæ, anno 1366.

Collat. cum Origin.

1366. *Voiez Tom. I. pag. 69. au Texte.*

CAROLUS QUARTUS Divinâ favente clementiâ Romanorum Imperator ſemper Auguſtus & Boëmie Rex: Notum facimus tenore preſentium univerſis; Quod licet alias Illuſtrem Amedeum, Comitem Sabaudie, Principem & conſanguineum noſtrum cariſſimum, innonnullis Civitatibus, Locis & Terris Comitatus Sabaudie, & aliis locis vicinis adjacentibus, ad nos & ſacrum Imperium pertinentibus, tunc confidentes noſtram operationem eſſe utilem, & ad Reipublice vergere commodum & profectum, pro noſtra ſacra Imperiali Majeſtate Vicarium conſtituerimus generalem, ſicut hoc litere noſtre date de ſuper lucidius proteſtantur. Tamen experientia rerum efficace magiſtra docente, conſtitutio ejuſdem Vicarii vergit cottidie, in noſtrum & ſacri Romani Imperii, ac libertatis Eccleſiaſtice magnum prejudicium & jacturam, ſicut de hoc ſumus documentis legitimis informati. Ne igitur hujuſmodi officium Vicariatus, nobis & Romano Imperio, ac Eccleſiis & ipſarum Miniſtris dampnoſum exiſtat, moti ex certis cauſis rationabiliter depoſcente utilitate publica, ſano Principum, Comitum, Baronum & Procerum ſacri Imperii fidelium noſtrorum accedente conſilio, ex certa noſtra ſcientia, & de Ceſaree poteſtatis plenitudine, predictum Officium Vicariatus reſumimus, &

& ad nos, ac Imperium, à Comite predicto penitus revocamus litteras nostras, quas desuper dedimus, cujuscunque tenoris existant, in omnibus suis sententiis, punctis, & clausulis, etiam si in eis contineretur, quod dictus Comes revocari non possit, annullantes, destruentes, annichilantes, & auctoritate prefata Cesarea, penitus revocantes, ac mandantes seriosius, universis & singulis Principibus Ecclesiasticis & secularibus, Comitibus, Baronibus, Vicariis, Nobilibus, Militibus, Officialibus, Judicibus, Conciliis & Civitatum, locorum communitatibus, omnibusque & singulis aliis nostris & sacri Romani Imperii fidelibus, quos dictus Vicariatus complectitur, quatenus ratione Vicariatus hujusmodi ad predictum Comitem vel suos, quos ad hoc deputavit hactenus, seu deputaverit in futurum, nullum respectum habeant, nec sibi tanquam Vicario Imperii obediant, aut intendant; Quos etiam ab ejusdem obedientia & fidelitate in totum eximimus, liberamus & absolvimus per presentes. Et si aliquid tempore preterito contra intencionem nostram, adversus presentem nostram revocationem, jura privilegia, & libertatem Ecclesiasticam à dicto Comite, vel ipsius vices gerentibus, occasione seu pretextu dicti Vicariatus, foret attentatum, administratum seu factum hactenus, aut fuerit in futurum, de Cesaree potestatis plenitudine predicta, hoc ipsum qualicunque modo gestum, administratum, seu factum, fuerit, cassamus, irritamus, vacuamus, cassum, irritum & vacuum omnimode nunciamus, nec debet ullis temporibus in futurum, habere roboris firmitatem universos & singulos Principes Ecclesiasticos & seculares, Comites, Barones, Cives, & Universitates Civitatum & locorum; Nec non Principatus, Dominia, possessiones & subditos eorum, cujuscunque gradus seu conditionis existant, ad jura pristina, libertatem, franchesiam & statum pristinum reducentes, non obstantibus litteris nostris predictis, quas à nobis idem Comes Sabaudie obtinet. Quibus omnibus proinde ac si ipsarum tenores de verbo ad verbum, hic exprimerentur, de predicte potestatis plenitudine, ex certa scientia totaliter derogamus Presentium sub

1366.

Imperialis nostre Majestatis Sigillo, testimonio Litterarum. Datum Frankenfurd, Anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo sexto, Indictione quarta, Idibus Septembris, Regnorum nostrorum XXI. Imperii verò XII.

Le Sceau de l'Empereur pend au bas de l'Acte.

XXXVII.

Secunda Sententia seu notificatio precedentis cum mandato exequendi, anno 1366.

Coll. cum Origin.

1366. *Voy. Tom. I. pag. 69. au Texte.*

CAROLUS QUARTUS Divinâ favente clementiâ Romanorum Imperator semper Augustus & Boëmie Rex; Venerabilibus Arelatensi & Gratianopolitano Archiepiscopis, & Valentinensi Episcopo, Spectabili Comiti Valentinensi & Nobilibus Rudolpho de Lupeyo Gubernatori Delphinatus, Domino de Vinãgro, & Audiberto de Castronovo, & aliis suis & Imperii sacri fidelibus, ad quos presentes pervenerint, graciam suam & omne bonum; Fidelitati vestre significat nostra serenitas qualiter Vicariatum, quem alias Comiti Sabaudie commisisse dignoscimur, revocavimus per nostras litteras patentes, sub nostro majori sigillo, quarum tenor sequitur in hec verba; Carolus quartus, &c.

Les précedentes Lettres sont ici inserées mot à mot, après quoi l'Empereur continuë de parler de la maniere suivante.

Ne igitur prefatus Comes ex ignorantia nostre revocationis se tueri valeat; Et ne Capitanei, Officiales & Administratores sui, tempore ejus absencia excusari possint, quin prefata nostra revocatio transeat in effectum, fidelitati vestre mandamus & injungimus presentibus seriose, Quatenus vos unus aut plures, qui nostro nomine ad hoc requisiti fueritis, dictam nostram revocationem in omnibus & singulis Civitatibus, Oppidis & locis, ubi expediens

diens fuerit, & ubi verisimiliter nostra intencio ad aures dictorum Comitis Officialiumque suorum, & aliorum quorum interest pervenire poterit debeant cum omni diligentia publicare, & litteras nostras predictas coram omnibus legi publicè faciatis presentium sub Imperialis nostre Majestatis sigillo testimonio litterarum. Datum Frankenfurd anno Domini millesimo CCC^mo^. LXVI°. Indictione quarta, XVIII°. Kal. Octob. Regnorum nostrorum XXI°. Imperii vero XII°.

Le Sceau de l'Empereur est pendant à cet Acte.

XXXVIII.

Tertia Sententia cum Revocatione Vicariatûs, contra Comitem Sabaudiæ, 1367.

Coll. cum Origin.


IN nomine Sancte & individue Trinitatis feliciter, Amen. CAROLUS quartus Divinâ favente clementiâ Romanorum Imperator semper Augustus & Boemie Rex, ad perpetuam rei memoriam; Quamvis alias ad importunam instantiam & vehementes preces replicatas pluries, spectabili Amedeo Comiti Sabaudie, Principi & consanguineo nostro dilecto, nonnulla Jura & Jurisdictiones in Civitate Gebennensi concesserit nostra Serenitas & super hoc privilegia ac Litteras duxerit erogandum; Quia tamen sicut probatione clarissimâ in presentia nostre Majestatis ostensum est, ex eadem nostra Concessione, Juribus, Privilegiis, Jurisdictionibus, Franchisiis & Libertatibus, Venerabilis Gebennensis Episcopi Principis & devoti nostri dilecti & ejus Ecclesie multipliciter derogatur; Nos habita matura deliberatione & diligenti consilio super concessione predicta, Principum, Baronum, ac Procerum sacri Imperii accedente consilio, rite deliberavit nostra Celsitudo Cesarea, sic interpretari declarare & dicere, & sic interpretamur, declaramus

1367. *Voy. Tom. I. pag. 69. au Texte.*

1367. mus & dicimus ; Quod noſtre intentionis ſemper fuit & eſt hodie, quod ex Conceſſione predicta, quam Comiti Sabaudie feciſſe dignoſcimur, nullum debuit debet ſeu debebit aliquo modo, Gebennenſi Epiſcopo & ejus Eccleſie dampnum ſeu prejudicium generari. Et ob hoc auctoritate Imperiali, ac de plenitudine poteſtatis Ceſaree de certa noſtra ſcientia ac motu proprio, caſſamus, annullamus, revocamus, irritamus, nec non caſſata, annullata revocata, ac irrita pronunciamus, quidcunque actionis, poteſtatis, Juriſdictionis, preeminencie & Juris cujuslibet alterius ceſſi, conceſſi, tranſlati, ſeu promiſſi per Majeſtatem noſtram Ceſaream, dicto conſanguineo noſtro Sabaudie Comiti, ejus heredibus, ſucceſſoribus univerſis & ſingulis, & cauſam habituris ab ipſis, in Civitate Gebeñ., ejus Suburbiis & Territorio & locis, & Terris univerſis & ſingulis, Juriſdictionibus & Juribus aliis quibuſcunque, ad Epiſcopum & Eccleſiam Gebeñ. pertinentibus, ſub quocunque verborum tenore, omneſque univerſas & ſingulas litteras, & privilegia gracias & conceſſiones & alia quecunque, quomodolibet per noſtram Majeſtatem Imperialem, dicto Comiti conceſſas & conceſſa concernentes, ſeu tangentes concernentia ſeu tangentia, directe vel indirecte, predicta de plenitudine poteſtatis Ceſaree, ex certa ſcientia & motu proprio, caſſamus, annullamus, revocamus & irritamus omnino certis rationabilibus cauſis, animum noſtrum ad hoc rite & legitime moventibus, quas pro expreſſis declaratis & notorie ſignificatis proinde haberi volumus ac ſi de his faceremus in preſentibus de verbo ad verbum, diſtinctam ſpecificam & clariſſimam mentionem ſupplentes omnem defectum, ſi quis in premiſſis ratione ſolempnitatis obmiſſe, dubia vel obſcura interpretatione verborum, ſeu quovis alio modo compertus fuerit de plenitudine Ceſaree poteſtatis ; Nulli ergo hominum liceat hanc noſtre caſſationis, annullationis, revocationis, irritationis, interpretationis, declarationis, & defectuum ſuppletionis paginam infringere, ſeu & quovis auſu temerario contraire, ſub pena mille marcharum auri puriſſimi, quas ab eo, qui contra fecerit,

rit, toties quoties contra factum fuerit, irremiſſibiliter exigi 1367.
volumus, & earum medietatem noſtri Imperialis Erarii ſive fiſci; reſiduam vero partem, injuriam paſſorum uſibus applicari, & pena ſoluta nichillominus noſtre ſemper intentionis exiſtit ut premiſſa omnia, & eorum quodlibet, prout expreſſantur ſuperius in ſuo robore, vigore ac firmitate, perpetuo tempore, abſque cujuslibet difficultatis obice perſeverent;

Signum Sereniſſimi Principis & Domini Domini Caroli IV. Romanorum Imperatoris Invictiſſimi & glorioſiſſimi Boemiæ Regis.



Teſtes hujus rei ſunt venerabiles Johannes Pragenſis Archiepiſcopus, Sedis Apoſtolice Legatus; Johannes Olomucenſis Epiſcopus, Regalis Capelle Boemie Comes & Aule noſtre Cancellarius Petrus Lubuceñ. Petrus Curienſis Eccleſiarum Epiſcopi, & Burghardus Prepoſitus Wiſſegradenſis; Illuſtres Przimko Theſſineñ. Ludovicus Bregeñ., Bolko Valkenburgeñ. Curadus Ulſnocenſis, Henricus Bregeñ. Rupertus Lignitzenſis, & Nicolaus Opavie Duces; Spectabiles Henricus de Swartzburg, Johannes Lantgravius Luttenbergeñ.; Nobiles Borſſo de Riſemburg, Thymo de Kolditz, Wilhelmus de Haſemburg; Bohuſlaus de Swannenberg, & Hubardus de Elter, nec non alii quamplures Nobiles noſtri & Imperii ſacri fideles, preſentium ſub Imperialis noſtre Majeſtatis ſigillo teſtimonio Literarum. Datum Prage, Anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo ſeptimo, Indictione quinta V°. Calendas Martii, Regno-

 rum

rum nostrorum anno vicesimo primo, Imperii vero duodecimo.

Le Sceau de l'Empereur pend au bas de cet Acte.

XXXIX.

Literæ impetratæ super Ordinatione factâ per Imperatorem, de Jurisdictione Gebenn. datâ Comiti Sabaudiæ, salvis Jurib. Ecclesiæ, Anno 1367.

Coll. cum Origin.

1367. *Voy. Tom. I. pag. 69. au Texte.* CAROLUS QUARTUS Diviná favente clementiá Romanorum Imperator semper Augustus & Boemie Rex; Notum facimus tenore presentium universis; Quod alias vertente causa dissentionis inter Illustrem Amedeum Comitem Sabaudie Principem & consanguineum nostrum dilectum, parte ex una, qui tanquam Vicarius noster ratione Imperii sacri, Jura neglecta repetiit; Et olim Alamandum Episcopum Gebennensem, parte ab alia super Jurisdictione dicte Civitatis Gebennensis ad Imperium spectante, dictum Episcopum primo secundo ac tertio peremptorie termino ad instantiam dicti Comitis Vicarii nostri, qui ut predicitur ratione dicti Vicariatus, jura Imperii neglecta repetiit coram nobis fecimus evocari, ut una cum litteris & monimentis suis, si quas aut si quæ super dicta Jurisdictione haberet coram nobis compareret. Qui Episcopus primo & secundo peremptorie termino per suos Procuratores, coram nobis in Gebennis & Turri Viviaci comparuit, & multas litteras Predecessorum nostrorum Romanorum Imperatorum & Regum, coram nostra Celsitudine per eosdem suos Procuratores produxit, in quibus inter alia generalia verba continebatur videlicet, salvis Jurisdictione & Justitia Imperiali, in Civitate Gebenn., (sicut hec verba, vel similia ejusdem intellectus in litteris ex parte dicti Episcopi producti sunt

ſunt expreſſa) Quibus generalibus verbis ex inſpectione dictarum Litterarum viſis auditis & intellectis, memorato noſtro conſanguineo, & ad ejus inſtantiam tanquam Vicarii noſtri, ut prefertur Juriſdictionem Imperialem que in Civitate Gebenñ. nobis, ut Romano Imperatori jure competebat, & ad nos ſpectaret abſque litteris ſed verbo tenus commiſimus, ſalvis tamen in omnibus Juribus Epiſcopi & Eccleſie Gebenñ. Comitis Sabaudie & quorumlibet aliorum; Et licet predictam commiſſionem, quam generaliter juxta formam litterarum predictarum, coram nobis pro parte dicti Domini Epiſcopi productarum fecimus Juriſdictionem & Juſtitiam Imperialem, que in dicta Civitate nobis, ut Romano Principi jure competebat, dicto noſtro conſanguineo feciſſe dignoſcimur; Per hoc tamen Epiſcopo & Eccleſie Gebennenſi, & aliis quibuslibet in ſuis Juribus non intendebamus, nec adhuc noſtre intentionis exiſtit in aliquo prejudicium generare; Nam licet noſtra & ſacri Imperii Jura negligere non velimus, aliis tamen & preſertim ſacroſanctis Eccleſiis, quarum deffenſio, protectio & tuicio, ad nos ut ad Romanum Ceſarem pertinet in ſuis Juribus, Libertatibus, gratiis, privilegiis & Indultis, in aliquo nolumus derogari Preſentium ſub minori noſtro pendenti Sigillo teſtimonio Litterarum. Datum Hertingffelt anno Domini milleſimo tercenteſimo ſexageſimo ſeptimo, Indictione quarta, III. Kal. Januarii, Regnorum noſtrorum anno viceſimo primo, Imperii vero duodecimo. 1367.

Per Dominum Imperatorem; Rud. Epiſcopus Verdeñ.

X L.

XL.

Bulla Papæ Urbani V. qua deprecatur Comitem Sabaudiæ ut restituat Episcopo bona & Jurisdictionem temporalem.

Coll. cum Origin.

1369. *Voyez Tom. I. pag. 69.*

URBANUS Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Nobili viro Amedeo Comiti Sabaudie salutem & Apostolicam benedictionem. Salutem anime tue, & reintegrationem bonorum & jurium Ecclesie Gebennensis plenis desideriis cupientes, nobilitatem tuam, quam super hoc alias rogavimus, iterum affectuosius deprecamur, quatenus Jurisdictionem temporalem Civitatis Gebennensis ad prefatam Ecclesiam pertinentem, quam in dicte salutis dispendium detines, occupatam, ex quo plene tibi constat de revocatione Imperialis concessionis Jurisdictionis ejusdem quam impetrasse te asseris, licet minus juste & in prejudicium pregrande Ecclesie memorate, velis libere ac plene dimittere Venerabili Fratri nostro Guillelmo Episcopo Gebennensi, ne ipse contra te & terram tuam, justiciam suam, que sibi denegari non posset, prosequi compellatur & propterea fatigetur laboribus & expensis, tuque proinde divinam contra te provoces ultionem. Datum Viterbii III°. Kal. Septembr. Pontificatus nostri anno VII°.

Bartholomeus.

Le Sceau du Pape pend au bas de cette Bulle.

XLI.

X L I.

Bulla Papæ Urbani V. quâ hortatur Comitem Sabaudiæ ad restituendam Episcopo Gebennensi Jurisdictionem.

Collat. cum Origin.

URBANUS Episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Nobili viro Amedeo Comiti Sabaudie salutem & Apostolicam benedictionem. Tenemur ex debito pastoralis officii Ecclesias oppressas ab eorum oppressionibus quantum nobis posse conceditur relevare ac omnes Christi fideles presertim nobiles & sublimes personas, quas percepimus in hujusmodi oppressionibus delinquentes monere ac corripere, ut ipsi suarum animarum saluti consulentes, desistant ab oppressionibus supradictis. Cum itaque sicut fide digna relatione percepimus à pluribus annis citra jurisdictionem omnimodam Civitatis Gebennensis que ad venerabilem Fratrem nostrum Guillelmum Episcopum & ejus Ecclesiam Gebennensem pertinet & pertinuit à tanto tempore citra quod ejus contrarii memoria hominum non existit, tua Nobilitas pretendens jurisdictionem ipsam ex concessione Imperiali ad te pertinere, quamvis concessionem ipsam per Imperialem excellentiam revocatam fuisse eidem Nobilitati fuerit intimatum tenuerit & teneat occupatam in anime tue periculum & ipsorum Ecclesie & Episcopi non modicum detrimentum, Nos ejusdem Ecclesie indempnitati ac anime tue saluti tuoque honori quos sincere diligimus consulere cupientes, Nobilitatem tuam rogamus attente ac in Domino exhortamur quatenus pro divina & nostra & Apostolice Sedis reverentia ac tue salutis obtentu provide considerans quanto peccato se alligant & quot & quantis gravibus sententiis involvuntur, qui Ecclesiam bona & jura occupant jurisdictionem ipsam eisdem Episcopo & Ecclesie libere & absque contradictione dimittas ac prefatum Episcopum ipsam jurisdictionem ple-

1370. *Voy. Tom. I. pag. 69.*

narie exercere permittas, ipſumque Epiſcopum qui adſtringitur Eccleſie ſue bona & jura defendere alia ſuſcipias oportunis favoribus comendatum ne ipſe adſtrictus ex debito ſui officii cui non poſſemus denegare juſtitiam cogatur in predictis alia juris remedia implorare. Datum Rome apud Sanctum Petrum duodecimo Calendas Januarii, Pontificatus noſtri anno octavo.

Mariottus.

Le Sceau du Pape pend au bas.

X L I I.

Bulla Papæ Gregorii undecimi, contra Comitem Sabaudiæ, anno 1371.

Collat. cum Origin.

1371. *Voy. Tom. I. pag. 69. au Texte & aux Notes.*

GREGORIUS Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei ad futuram rei memoriam. Nuper cum dilectus filius, Nobilis vir Amedeus Comes Sabaudie ſuper diſcordiis, que inter Venerabilem Fratrem noſtrum Guillelmum Epiſcopum & Eccleſiam Gebenñ., & ipſum Comitem tunc erant, Ordinationi noſtre tanquam Romane Eccleſie devotiſſimus filius obtuliſſet ſe ſuper predictis facturum quidquid duceremus ordinandum; Nos per noſtras alias literas eidem Comiti ſcripſimus, ut ipſe nedum omnia & ſingula occupata per ipſum, quarumdam Imperialium Conceſſionum pretextu, quas ſe dicebat habere Epiſcopo & Eccleſie Gebennenſi plene & liberè reſtituat, & etiam nobis mittat, vel ipſi Epiſcopo tradat ſeu tradi faciat literas Imperiales, continentes conceſſiones predictas, ſine dilatione moroſa, ſed etiam omnia & ſingula occupata per ipſum, ſeu ejus gentes propter que Civitas Gebenñ. jamdudum fuit, & adhuc eſt ſuppoſita Eccleſiaſtico interdicto reſtituere non poſtponat; Et inſuper quod ipſe contra Declarationes, Recognitiones ſeu Conventiones factas, ſuper Juribus Officii Vicedognatus

natus Gebenñ. inter bone memorie Aymonem Gebenñ. Episcopum, & quondam Amedeum Comitem Sabaudie dicti Comitis Predecessorem aliquid non faciat vel attemptet, nec fieri seu attemptari permittat, sed eas inviolabiliter observet, & faciat observari, & quod eundem Episcopum & Ecclesiam in aliis ipsorum rebus & juribus quibuscunque non impediat, nec turbari seu impediri permittat. Per premissa tamen seu eorum aliquod in & super Castro Insule & Officio Vicedognatus Gebenñ., que à dicto Comite petiit & petebat dictus Episcopus asserens ea ad se, & dictam suam Ecclesiam, pleno jure, solum & in solidum pertinere; Et juri si quod dicto Comiti, pro seu in Castris & Officio memorato competit, non intendimus quovis modo aliquod prejudicium generari. Sed de predictis Castro & Officio, intendimus alias inter eos mediante semper Justitia ordinare, quando & sicut videbitur expedire. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre intentionis infringere, vel ei ausu temerario contraïre; Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Dat. Avinione X. Kal. Junii, Pontificatus nostri anno primo.

Le Sceau du Pape est pendant au bas de l'Acte.

XLIII.

Restitutio Jurisdictionis Civitatis Gebennensis facta per Comitem Sabaudiæ, anno 1371.

Collat. cum Origin.

AMEDEUS Comes Sabaudie, universis & singulis presentibus & futuris paginam presentem inspecturis, salutem & notitiam rei geste. Pridem ex concessione nobis facta per Serenissimum Principem Dominum nostrum Carolum Quar-

1371. *Voy. Tom. I. pag. 69. au Texte.*

1371. Quartum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum & Boemie Regem, certam Juriſdictionem merum mixtum Imperium & Jura in Civitate, Suburbiis & diſtrictu Gebenn̄., & ipſorum poſſeſſionem & quaſi cepimus, tenuimus & exercuimus annis pluribus, ſeu noſtri familiares & Officiarii pro nobis. Quam & que Reverendus in Chriſto Pater Dominus Gulielmus Dei gratia Gebenn̄. Epiſcopus, ſibi & ſue Eccleſie pertinere dicebat & jura alia plura ſibi & dicte Eccleſie pertinentia, per nos ſeu noſtros Officiarios, in Civitate & Suburbiis predictis aſſerebat occupata fuiſſe ſuper quorum reſtitutione & relaxatione ſanctiſſimus in Chriſto Pater Dominus Gregorius Papa undecimus Dominus noſter cariſſimus, cui ſuper captis vigore conceſſionis Imperialis predicte, per noſtros Ambaſſiatores tribuimus poteſtatem, nobis ſuas gratioſas litteras deſtinavit; Cui Domino noſtro Pape ob Dei ſui & Sancte Sedis Apoſtolice reverentiam tanquam verus obedientie filius, complacere & obedire volentes Juriſdictionem merum mixtum Imperium & Jura predicta per nos capta, & que tenemus in Civitate Suburbiis & diſtrictu predictis vigore conceſſionis Imperialis predicte, de quâ dicti Domini noſtri Imperatoris Literas teſtimoniales habemus datas in Hertingsfelt, anno Domini milleſimo tercenteſimo ſexageſimo ſeptimo, Indictione quarta, in Calendis Januarii, Regnorum dicti Domini Imperatoris, anno viceſimo primo, Imperii vero duodecimo; Nec non Jura alia quecunque Gebennenſis Eccleſie memorate per nos vel noſtros Officiarios occupata, una cum Litteris Imperialibus predictis, dicto Domino Epiſcopo Gebenn̄. reddimus, reſtituimus & expedimus per preſentes, Caſtellanum & Judicem per nos ibidem conſtitutos, pro predictis exercendis captis vigore dicte conceſſionis Imperialis preſentium ſerie, remonentes & promittentes pro nobis & noſtris ſucceſſoribus, bona fide dicto Domino Epiſcopo, pro ſe & ſuis ſucceſſoribus ſub noſtrorum obligatione bonorum quorumcunque predicta omnia & ſingula, rata, grata & firma habere perpetuo & tenere nunquam contra facere vel venire, nec contra facere

cere

cere vel venire volenti consentire ; Mandantes tenore presentium Vicedonno nostro Gebeñ. presenti & futuro, vel ejus Locumtenenti, quatenus predicta omnia & singula firmiter attendat & observet, in nullo contra faciat, vel attentet. Datum Thononii cum nostri Sigilli majoris appensione in testimonium premissorum, die vicesima quinta mensis Junii, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo primo, Reddatz Lr. port.

Per Dominum presentibus Dominis Guillelmo de Grandissono.

G. Destra Cancellario.

B. De Chinio.

Roberto Pugini.

Antonio Champyonis.

Le Sceau du Comte est pendant à l'Acte.

XLIV.

Declaratio Amedei Comitis Sabaudiæ, in favorem Episc. & Eccl. Gebeñ., super Territorio ipsi concesso, anno 1391.

Collat. cum Origin.

NOs Amedeus Comes Sabaudie, notum facimus universis, quod per exercicium Jurisdictionis, quod fecerunt & facient dilectus fidelis consanguineus Dominus Ludovicus, Dominus de Cossonay Locumtenens noster citra Montes, nec non consilium nostrum residens nunc in Civitate Gebennarum usque ad primam diem proximi mensis Septembris, de speciali concessione Reverendi in Christo Patris Dñi. G. moderni Episcopi Gebennarum, non intendimus, nec volumus derogari alicui Jurisdictioni ipsius Domini Episcopi & Ecclesie Gebennensis, nec per ipsum exercicium nobis acquiri quidquam Ju-

1391. *Voiez Tom. I. pag. 71. au Texte.*

 ris.

ris. Datum Gebennis, die 26. menſis April. anno Domini M. CCC. XCI.

Per Dominum Preſentibus Dominis L. Dño. de Coſſonay.
B. de Challans.
Joh. de Corgõne.
P. Revoyrie, Priore de Pellioney.
P. Boutzani. Guill[mo]. Ge[vii].
G. Marchandi.
Galeyſio de Viriaco.
Et Decano Seiſſ[ci].

Le Sceau du Comte pend au bas de l'Acte.

X L V.

Alia ſimilis Declaratio, anno 1398.

Collat. cum Origin.

1398. *Voy. Tom. I. pag. 71. au Texte.*

NOs Amedeus Comes Sabaudie notum facimus univerſis, quod per exercicium Juridicionis, quod nos & Conſilium noſtrum fecerimus & faciemus in Civitate Gebennenſi qua de preſenti reſidemus, uſque ad ultimam diem proximi menſis Decembris, de ſpeciali conceſſione Reverendi in Chriſto Patris, Dñi. G. miſeracione Divina Gebeñ. Epiſcopi moderni, non intendimus, nec volumus derogari alicui Juridicioni ipſius Domini Epiſcopi & Eccleſie ſue Gebeñ., nec per ipſum exercicium nobis acquiri quidquam Juris. Datum Gebennis die nona Novembris, anno Domini milleſimo tercenteſimo nonageſimo octavo.

Per Dominum Preſentibus Dominis Ludovico de Sabaudia.
Oddone de Villariis.
Joh. de Conflens Cancellario.
Petro de Anicis. Boubat.
Guichardo Marchiandi.

Le Sceau du Comte pend au bas de l'Acte.

XLVI.

X L V I.

Literæ Wenceslai Imperatoris, in gratiam Episcopi & Eccles. Gebennensis.

Collat. cum Origin.

WENCESLAUS Dei gratia Romanorum Rex, semper Augustus & Boemie Rex, Notum facimus tenore presentium universis, quod pro parte Venerabilis Episcopi Gebennensis nostri & Imperii sacri subditi & devoti dilecti, certa nobis sunt oblata privilegia infra scripta, sibi & Ecclesie sue per Serenissimum quondam Principem Dominum Karolum super certis, graciis declaracionibus & revocacionibus, tradita & concessa existitque Majestati nostre Regie cum instancia supplicatum quatenus hujusmodi privilegia ac eciam alias literas, privilegia, libertates, donaciones, largiciones, immunitates & jura Ecclesie Gebennensis per divos Predecessores nostros Romanorum Imperatores & Reges concessa & concessas approbare, ratificare, innovare & confirmare graciosiùs dignaremur. Quorum privilegiorum primi tenor per omnia sequitur in hec verba ;

1400. *Voy. Tom. I. pag. 73. au Texte.*

CAROLUS IV. &c. *C'est l'Acte* XXXIX. *ci-devant pag.* 102.

Secundi vero privilegii tenor talis est, IN NOMINE Ste. &c. *C'est l'Acte* XXXVIII. *ci-devant pag.* 99.

Nos igitur qui ad apicem Romane Regie dignitatis, pro quiete & comodo Reipublice dignante dextera Regis Regum evecti dinoscimur tanto amplius libenciusque Ecclesiarum indempnitati dignamur consulere, & sollicicius providere, quanto nedum per hoc nobis & Imperio sacro, temporalia reddantur subjectionis & fidelitatis obsequia, verum eterne benediccionis munera redibentur justis & racionabilib. precib. inclinati, non per errorem aut improvidè, sed animo deliberato, sano, fidelium nostrorum accedente consilio, prefata privilegia

1400. gia prout de verbo ad verbum expreſſantur ſuperiùs, nec non alia omnia ipſorum privilegia literas, gracias & indulta dictis Epiſcopo & Eccleſie Gebenñ. ſuper ipſorum libertatibus, imunitatibus, donationibus, largicionibus & Juribus, per divos Predeceſſores noſtros Romanorum Imperatores & Reges traditas & conceſſas, ac ſi earum tenores de verbo ad verbum interſerti conſiſterent, approbavimus, ratificavimus, innovavimus & confirmavimus, approbamus, ratificamus, innovamus, & de certa noſtra ſcientia, auctoritate Romana Regia graciosſius confirmamus, decernentes in omnibus ſuis punctis, ſentenciis, clauſulis & articulis obtinere inviolabilis roboris firmitatem, ſalvis noſtris nichilominus & Imperii ſacri Juribus, & quorumlibet aliorum. Decernentes eciam & declarantes, ac ex certa noſtra ſcientia non improvide ſed animo deliberato auctoritate eciam noſtra Romana Regia expreſſe volentes, quod virtute conceſſionis Vicariatus Comiti Sabaudie, ejuſque heredibus & cauſam ab eo habituris, per nos & Predeceſſores noſtros Romanos Imperatores & Reges facti ſeu in antea per nos ſeu ſucceſſores Romanos Imperatores & Reges dicto Comiti, ejuſq; heredib. & cauſam ab eo habituris, concedendi virtuteve conceſſionis Vicariatus, alii cuilibet per nos ſeu ſucceſſores noſtros Romanos Imperatores & Reges facti ſeu fiendi, conceſſi vel concedendi, nullum debuit, debet, ſeu debebit aliquo modo Gebennenſi Epiſcopo ſeu ejus Eccleſie dampnum ſeu prejudicium generari, in Civitate ſuâ Gebennenſi, ejus Suburbiis & Territoriis, & locis & Terris, & Dominiis univerſis, & ſingulis Juriſdicionibus & Juribus, franchiſiis, libertatibus & privilegiis univerſis & ſingulis aliis quibuſcunque, ad Epiſcopum ſeu Eccleſiam Gebenñ. quomodolibet pertinentib. Eciamſi per nos, ſeu ſucceſſores noſtros Romanos Imperatores & Reges dicto Comiti Sabaudie, vel alii cuicunque de contrario ſcienter vel ignoranter, eciam Epiſcopo annuente & expreſſe conſenciente, concederetur gracia, & preſens eciam includeretur litera, & de hoc in tali decreto, de preſenti eciam gracia mencio expreſſa fieret, ac eciam ſpecialis.

cialis. Nulli ergo hominum liceat hanc Confirmacionis & Decreti paginam infringere, seu ei quovis ausu temerario contraïre, sub pena mille marcharum auri, purissimi, quas ab eo qui contra fecerit tocies quocies contra factum fuerit irremissibiliter exigi volumus, & earum medietatem, nostri regalis Erarii sive fisci residuam vero partem injuriam passorum usibus applicari, presentium sub Regie nostre Majestatis sigillo testimonio Literarum. Datum Prage anno Domini M°. CCCC°. die XXII^{a}. mensis Junii, Regnorum nostrorum anno Boemie 38°. Romanorum vero 24°.


Sur le repli, P. d. W. Patriarcham Anth. Cancell. Franciscus Can^{cus}. Pragensis. R. Jacobus de Praga.

Le Sceau de l'Empereur Wenceslas pend au bas de l'Acte.

XLVII.

Instrumentum Transactionis inter Episcopum Gebennensem, Comitem Sabaudiæ & Gebenn., & Dominum Terniaci; quo homagium continetur à Domino Terniaci præstitum Comiti, & à Comite, Episc. Gebennensi, anno 1405.

Collat. cum Origin.



IN nomine Domini Amen. Noverint universi presens publicum Instrumentum inspecturi. Quod anno millesimo quatercentesimo quinto, Indictione tertia decima, die prima mensis Octobris, in nostrum Notariorum publicorum & testium subscriptorum presentia, constitutis personaliter propter infra scripta Reverendo in Christo Patre Domino Guillermo de Lornay, Dei gratia Episcopo Gebennensi, ac etam Venerabili Capitulo sue Ecclesie Gebennensis, in quo erant 1405.

Voy. Tom. I. pag. 74. au Texte.

1405. erant presentes Venerabiles Domini Jacobus de Monthoux Prepositus, Johannes de Arenthone Cantor, Johannes de Lavenay Sacrista, Amblardus de Jenville, Guillermus Mossieres, Petrus de Sancto Jorio, Humbertus Fabri, Ansermus de Chenay, Petrus de Lornay, Ademarus Conversi, Petrus de Moyrone, & Petrus de Magnyer Canonici Ecclesie predicte Gebennensis, Capitulantes & Capitulum suum tenentes propter hec more solito congregati in dictâ Ecclesia, scilicet in Choro, prope majus Altare, ex una parte; Et Illustri Principe Domino nostro Domino Amedeo Sabaudie & Gebenn. Comite, Duce Chablaysii & Auguste, in Italia Marchione, ex altera parte; Nec non Spectabili Milite Domino Girardo, Domino Terniaci, ex alia parte; Dictus Dominus Episcopus exposuit & asseruit, quod Illustres Domini, quondam Comites Gebenn. tenebantur ad prestandum & faciendum certum homagium & fidelitatem eidem Domino Episcopo, nomine suo & sue Gebenn. Ecclesie, pro nonnullis Villis, Castris, Castellaniis & Mandamentis, feudis, rebus & bonis, quas & que ipsi tenebant ab eo, & dicta sua Ecclesia; quodque ipse Ville, Castra, Castellanie, Mandamenta, atque res & bona pervenerunt, & nunc pertinent ad dictum Dominum nostrum Comitem, ratione dicti Comitatus Gebenn. per ipsum acquisiti; de quibus tamen rebus & bonis asseruit esse inter cetera Castrum & Mandamentum Terniaci, una cum ejus juribus pertinentiis & appendentiis, quod & que nunc tenet possidet dictus Dominus Girardus; Quod quidem Castrum Terniaci, cum Mandamento, Juribus, pertinentiis & appendentiis suis asserebat idem Dominus Girardus sibi fuisse & esse donatum per quondam Illustrem Humbertum de Villariis Comitem Gebenn., donationemque predictam fore & fuisse per prefatum Dominum nostrum Comitem Sabaudie confirmatam & laudatam; Et quod postmodum dictus Dominus Episcopus asserens dictum Castrum Terniaci cum Mandamento, juribus, pertinentiis & appendentiis suis, fore & fuisse sibi commissum pariter & apertum, diffinitivam Sententiam obtinuit contra dictum

tum Illustrem Humbertum quondam Comitem Gebenn., seu 1405.
ejus Procuratorem legitimum, & alios sua interesse credentes; quod etiam asserebat dictus Dominus Episcopus ita esse, per quam fuit pronunciatum, diffinitum & declaratum, dictum Castrum, cum ejus Mandamento, juribus, pertinentiis & appendentiis, fore & fuisse escheutum, commissum, pariter & appertum. Post que dictus Dominus Episcopus contemplatione ejusdem Domini Girardi dictas commissionem, escheutam & aperturam, eidem Domino Girardo remisit, ac ipsum inde infeudavit & investivit, ac in feudum dictum Castrum cum suis Mandamento Juribus, pertinentiis & appendentiis, eidem Domino Girardo concessit, ipseque Dominus Girardus à dicto Domino Episcopo, & ejus Ecclesia Gebenn., dictum Castrum cum Mandamento, juribus, pertinentiis & appendentiis, se tenere in feudum confessus fuit, prout in diversis inde confectis literis dictarum donationis, concessionis & confirmationis Sententie definitive, escheute & commissionis, ac aperture ac feudi investiture predictorum latius premissa, & plura alia dicuntur contineri. Dicens insuper dictus Dominus Episcopus, quod propterea dictum Dominum nostrum Comitem Sabaudie & Gebenn. de predictis Castro Terniaci, cum Mandamento, Juribus pertinentiis & appendentiis suis investire non poterat. Hinc est, quod pacto inito & pretracto inter dictas partes, in recompensationem premissorum ipsius Domini Episcopi, ejusque Ecclesie utilitate pensata precepit ibidem & precipit expresse ipse Dominus Episcopus, pro se & suis in dicta Ecclesia successoribus quibuscunque, de consensu & voluntate dicti sui Venerabilis Capituli, dicto Domino Girardo, Domino Terniaci, ibidem presenti & audienti, quod ipse Dominus Girardus, pro se & suis heredibus & successoribus quibuscunque, dictum Castrum Terniaci, & quidquid ad causam ejusdem castri tenet de feudo & directo dominio dicti Domini Episcopi & dicte sue Ecclesie, recognoscat & confiteatur se tenere ex nunc in antea de feudo & directo dominio dicti Domini nostri Sabaudie & Gebenn. Comitis, tanquam Comitis Gebenn., here-

1405. dumque & ſucceſſorum ſuorum in dicto Comitatu Gebenñ., & quod inde recipiat inveſtituram à dicto Domino noſtro Comite Sabaudie & Gebenñ., eidemque Domino Comiti & ſuis jam dictis propterea faciat & preſtet homagium ligium & fidelitatis ſacramentum, ſalvis dicto Domino Epiſcopo & ejus Eccleſie juribus infra ſcriptis quictans idem Dominus Epiſcopus pro ſe & ſuis quibus ſupra ac de conſenſu & voluntate dicti ſui Capituli dictum Dominum Girardum, Dominum Terniaci, pro ſe & ſuis heredibus & ſucceſſoribus ſtipulantem de dicto feudo Terniaci, ac de omnibus que ad cauſam feudi homagiique, & fidelitatis dicti Caſtri Terniaci petere poſſet, vel deberet in futurum pro fidelitate inde preſtanda, & recognitione predictorum facienda dicto Domino noſtro Comiti Sabaudie & Gebenñ. Ita tamen quod preſtito dicto homagio per dictum Dominum Girardum de premiſſis Caſtro, Mandamento Terniaci, juribuſque & pertinentiis ejuſdem dicto Illuſtri Domino noſtro Comiti Sabaudie & Gebenñ.: Idem Illuſtris Dominus Comes, tanquam Comes Gebenñ. debeat & teneatur facere & preſtare homagium & fidelitatem dicto Domino Epiſcopo, nomine ſuo & ſuorum ſucceſſorum & dicte Eccleſie, tam pro dicto Caſtro Terniaci, ſuiſque Mandamento juribus & pertinentiis, homagio inde facto, per dictum Dominum Girardum, quam pro aliis Caſtris, Mandamentis, Villis, feudis, rebus & bonis, que & quas actenus dicti Domini Comites Gebenñ. tenebant ab Eccleſia Gebenñ. de Comitatu Gebenñ. & quod ipſum Caſtrum & Mandamentum Terniaci, cum directo Dominio eorumdem & homagium fiendum per dictum dominum Girardum, dicto Domino noſtro Comiti, & alia Caſtra, Mandamenta, Villas, feuda, res & bona, cum juribus, pertinentiis ipſorum, que & quas prefati Domini Comites Gebenñ. quondam tenebant ab Eccleſia predicta, dicto Domino Epiſcopo recognoſcere ſpecificare & declarare debeat & teneatur idem Dominus noſter Comes ſub homagio prædicto. Attento igitur precepto dicti Domini Epiſcopi, facto dicto Domino Girardo, ipſe Dominus Girardus, Dominus

nus Terniaci ibidem ſupplicavit prelibato Illuſtri Domino noſ- 1405.
tro Sabaudie & Gebenñ. Comiti, quatenus ipſum Dominum Girardum, de dicto Caſtro Terniaci, Mandamento, Juribus pertinentiis & appendentiis eorumdem, & de ceteris bonis & rebus, que & quas tenet ad cauſam dicti Caſtri ſcilicet de hiis, que tempore retrofluxo erant de feudo, & directo dominio dicti Domini Epiſcopi & ſue dicte Ecclesie, que & quas ipſe Dominus Epiſcopus juſſit & voluit recognoſci per eundem Dominum Girardum dicto Domino noſtro Comiti dignaretur ipſe Dominus noſter Comes ipſum Dominum Girardum inveſtire & retinere, offerens ſe paratum facere & preſtare eidem Domino noſtro Comiti, pro eiſdem homagium & fidelitatis ligie ſacramentum. Prefatus autem Dominus noſter Comes, dicte ſupplicationi annuens gratioſe, pro ſe & ſuis, quibus ſupra dictum Dominum Girardum ſupplicantem & ſolemniter recipientem pro ſe & heredibus & ſucceſſoribus ſuis quibuſcunque inveſtivit & retinuit, per traditionem unius magni cultelli, quem ipſe Dominus noſter Comes tenebat in ſua manu. Qua Inveſtitura ſic facta, dictus Dominus Girardus pro ſe & ſuis heredibus & ſucceſſoribus quibus ſupra, gratis, ſcienter & ſponte fecit, preſtitit & recognovit dicto Illuſtri Domino noſtro Gebenñ. Comiti, preſenti, ſtipulanti & recipienti, pro ſe heredibus & ſucceſſoribus ſuis quibuſcunque in Comitatu Gebenñ., homagium ligium & fidelitatis ligie ſacramentum, tanquam Comiti Gebenñ., & ratione dicti Comitatus Gebenñ., junctis manibus oſculoque fidelitatis interveniente: confitens & recognoſcens ipſe Dominus Girardus, pro ſe & ſuis quibus ſupra ad inſtantiam noſtram Notariorum infraſcriptorum, more publice perſone ſtipulantium & recipientium, vice, nomine & ad opus omnium & ſingulorum quorum in futurum intereſſe poterit, ſe eſſe velle & debere eſſe deinceps perpetuo fidelem Vaſſallum & hominem ligium ejuſdem Domini noſtri Comitis Sabaudie & Gebenñ., tanquam Comitis Gebenñ., & ſuorum predictorum ſeque tenere velle & debere tenere, ac ſe tenere conſtituit ſub dicto homagio ligio de feudo dicti

 Do-

1405. Domini nostri Comitis & suorum heredum & successorum quorum supra, videlicet dictum Castrum & Mandamentum Terniaci, cum suis juribus pertinentiis & appendentiis; Promittens idem Dominus Girardus, pro se & suis quibus supra bona fide sua, ac per juramentum suum corporaliter prestitum supra Sancta Dei Evangelia, & sub obligatione omnium & singulorum bonorum suorum mobilium & immobilium presentium & futurorum, deinceps perpetuo esse fidelis Vassallus & homo ligius dicto Domino nostro Comiti Gebenn., suisque heredibus & successoribus quibus supra per modum atque formam, per quos Domini quondam Comites Gebenn., vel alter ipsorum actenus existentes fuerunt & extiterunt, ac fuisse & extitisse reperientur, & erant astricti Domino Episcopo Gebenn., pro tempore existenti honoremque & commodum ejusdem Domini nostri Comitis facere & servare pro posse, & dedecus & prejudicium evitare, nec non facere & prestare erga dictum nostrum Comitem & suos jam dictos, quidquid fidelis Vassallus & homo ligius erga suum Dominum facere & prestare tenetur; Et generaliter omnia & singula, que in forma fidelitatis nova & veteri continentur. Renuntians idem Dominus Girardus ex certa scientia per dictum suum Juramentum in hoc facto, omni exceptioni doli mali, vis, metus, & generaliter omnibus juribus & exceptionibus, quibus mediantibus contra premissa facere posset, dicere vel venire, aut in aliquo se tueri, & specialiter juri dicenti generalem renunciationem non valere nisi precesserit specialis. Preterea prefatus Illustris Dominus noster Dominus Amedeus Sabaudie & Gebenn. Comes, volens bonam fidem recognoscere erga dictum Dominum Episcopum, & suam dictam Ecclesiam matura deliberatione prehabita gratis scienter & sponte pro se heredibus & successoribus suis quibuscunque, petiit se retineri & investiri à dicto Domino Episcopo de feudis rebus & bonis, que & quas prefati Domini Comites Gebenn. tenebant in feudum & de feudo dicti Domini Episcopi & sue dicte Ecclesie, paratum se offerens se facere & prestare velle dicto Domino Epis-

Episcopo fidelitatem & homagium ad quam & quod ac eisdem 1405.
modo & forma, quibus dicti Domini Gebenn. Comites reperirentur teneri & fecisse pro premissis. Dictus autem Dominus Episcopus de consensu dicti sui Venerabilis Capituli, pro se & suis in dicta Ecclesia successoribus quibuscunque, prefatum Illustrem Dominum nostrum Comitem, tanquam Comitem Gebenn., & ratione dicti Comitatus Gebenn. stipulantem solempniter & recipientem pro se suisque heredibus & successoribus universis, in dicto Comitatu Gebenn. de predicto Castro, Mandamento Terniaci, juribusque & pertinentiis eorumdem, & de dicto homagio prestito per dictum Dominum Girardum dicto Domino nostro Comiti, & de omnibus aliis Castris, Villis, Mandamentis, feudis rebus & bonis, cum juribus & pertinentiis eorundem, que & quas dicti Domini Comites Gebenn., quondam reperirentur tenuisse in feudum à dicto Domino Episcopo, seu ejus dicta Ecclesia investivit & retinuit per traditionem unius magni cultelli, quem idem Dominus Episcopus in manu sua tenebat salvo sibi & dicte Ecclesie jure homagii, feodi directique Dominii, alteriusque cujuslibet in eis ratione. Et ulterius contemplatione prestationis fidelitatis infrascripte idem Dominus Episcopus pro se & suis, quibus supra de consensu jam dicti Capituli dicto Illustri Domino nostro Sabaudie & Gebenn. Comiti, presenti stipulanti & recipienti pro se & suis dictis heredibus & successoribus, remisit & quittavit penitus & perpetuo omnem commissionem & escheutam, ac omne jus actionem & rationem, quas & quos ex quavis ratione titulo, seu causa habere, vel petere posset & deberet in predictis feudis rebus & bonis, vel aliquo premissorum à toto tempore preterito usque ad diem presentem, salvo in premissis omnibus sibi & dicte sue Ecclesie jure feudi, & dicti dominii directi homagii & fidelitatis, volens semper idem Dominus Episcopus dictam remissionem escheute & commissionis factam dicto Domino Terniaci, in suis viribus permanere. Quibus quidem investitura & aliis supra sic factis prefatus Dominus noster Comes tanquam Comes Gebenn. gratis scienter

&

1405. & ſponte, maturaque deliberatione prehabita conſilii, ut dicebat de & pro dicto Caſtro Terniaci, Mandamento, Juribuſque, & pertinentiis ejuſdem & dicto homagio dicti Domini Girardi eidem preſtito & pro aliis feudis rebus & bonis, que & quas dictus Dominus Epiſcopus, aut alter, ejus nomine informabit predictos Dominos quondam Gebennenſes Comites tenuiſſe, ut dictum eſt de feudo & directo Dominio ejuſdem Domini Epiſcopi & Eccleſie ſue predicte fecit preſtitit & recognovit eidem Domino Epiſcopo, pro ſe & ſuis quibus ſupra ſtipulanti ſolemniter & recipienti homagium & fidelitatem, ad quod & quam ac ſub eiſdem modo & formâ duntaxat, quibus prout ſupra fuit dictum dicti Domini Comites Gebenñ. fecerunt & tenebantur, feciſſeque & teneri reperirentur eidem Domino Epiſcopo & dicte ejus Eccleſie, poſitis manibus dicti Domini noſtri Comitis inter manus dicti Domini Epiſcopi, oris oſculo interveniente. Promittens ipſe Dominus noſter Comes, tanquam Comes Gebenñ., pro ſe & ſuis quibus ſupra bona fide ſua & per juramentum ſuum corporaliter preſtitum ſupra Sancta Dei Evangelia ac ſub obligatione bonorum ſuorum predicto Domino noſtro Epiſcopo ut ſupra ſtipulanti & recipienti, ac nobis Notariis publicis infraſcriptis, more publice perſone ſolempniter ſtipulantibus & recipientibus vice nomine, & ad opus omnium & ſingulorum, quorum poterit intereſſe eſſe fidelis facereque & preſtare dicto Domino Epiſcopo & ſue dicte Eccleſie prout in Capitulis formarum nove & veteris fidelitatis continentur & ea omnia & ſingula, ad que propterea dictus Dominus Epiſcopus informabit teneri dictos Dominos Comites Gebenñ.: Nec non de preſenti recognoſcit ſe tenere in feudum & ſub homagio predicto, prefatum Caſtrum & Mandamentum Terniaci, cum Juribus & pertinentiis eorumdem, & dictum homagium ſibi preſtitum per dictum Dominum Girardum, à dicto Domino Epiſcopo & ejus Eccleſia; alia autem Caſtra, Villas, Mandamenta, feuda res & bona eidem Domino Epiſcopo, & ſue dicte Eccleſie recognoſcere, ſpecificare & declarare tociens quociens requiſitus

&

& informatus fuerit de eiſdem per dictum Dominum Epiſcopum, vel alterum ejus nomine prout ſupra habereque & tenere, attendere perpetuo rata & grata omnia & ſingula ſupra & infra ſcripta, & nunquam in contrarium facere dicere vel venire nec alicui contra facere, dicere vel venire volenti in aliquo conſentire de jure vel de facto; Renuncians idem Dominus noſter Comes ex ſua certa ſcientia, & per dictum ſuum Juramentum in hoc facto omni exceptioni doli mali, vis, metus, & omnibus aliis Juribus & exceptionibus, quibus mediantibus contra premiſſa vel premiſſorum aliqua facere poſſet, dicere vel venire, ſpecialiter juri dicenti generalem renunciationem non valere, niſi preceſſerit ſpecialis. Prenominatus Dominus Epiſcopus etiam promiſit & juravit de conſenſu predicti Capituli ſui, jam dictis nobis Notariis ut ſupra ſtipulantibus, manum ad pectus erigendo more Prelati, ſupra dicta omnia & ſingula habere, tenere, attendere perpetuo, rata grata, & nunquam contra facere de jure vel de facto, per ſe vel per alium nec contra facere dicere, vel venire volenti in aliquo conſentire renuncianſque ex ejus certa ſcientia, & ſub vi dicti ſui Juramenti in hoc facto omni exceptioni doli mali, vis, metus, & omnibus aliis Juribus Canonicis & civilibus, quibus mediantibus contra premiſſa, vel premiſſorum aliqua facere poſſet dicere vel venire, & ſpecialiter juri dicenti generalem renunciationem non valere, niſi preceſſerit ſpecialis. De quibus ſupra ſcripti dicti Domini Epiſcopus & Comes, voluerunt & petierunt tam eis, quam prefato Domino Girardo Domino Terniaci ſi habere voluerit fieri & expediri per nos infra ſcriptos Notarios, tot publica Inſtrumenta unius & ejuſdem tenoris quot fuerint requiſita: que levata vel non levata, producta in judicio vel non producta, poſſint dictari, corrigi, reffici & emendari ſemel, & pluries ad dictamen cujuslibet ſapientis, facti tamen ſubſtantia in aliquo non mutata. Acta fuerunt premiſſa in dicta Eccleſia Gebennenſi, ſcilicet in Choro juxta majus Altare, preſentibus pro teſtibus ad ea vocatis & rogatis, videlicet Reverendis in Chriſto Patribus, Do-

1405.

1405. Dominis Dominis Savino Maurian̄. Epiſcopo, Domino Guillelmo de Chalant, Abbate Cluſino Cancellario Sabaudie, Domino Hugone de Arciis Prepoſito Montis Jovis; ſpectabilibus & egregiis Militibus, videlicet Domino Johanne de Balma, Domino Waulluffini, Dn̄o. Bonifacio de Chalant Mareſchallo Sabaudie, Dn̄o. Petro de Blonay, Dn̄o. Sancti Pauli, Dn̄o. Girardo Darlo, Dn̄o. Guiſchardo Marchiandi legum Doctore, Dn̄o. Johanne Bertrandi Legum Doctore, Dominis Jacobo Soſtronis, & Johanne de Lenthenay, licentiatis in Legibus, nec non Guigone Dn̄o. Salenove, Franciſco de Ruffino Domicellis, & pluribus aliis adſtantibus ad premiſſa; Meque Humberto de Rivo Secretario prefati Illuſtris Dn̄i. noſtri Comitis Sabaudie, Imperialique & ejuſdem Dn̄i. noſtri Comitis auctoritate Notario publico, qui de premiſſis una cum Girardo de Rebouli de Beyſſio Notario infraſcripto, preſens Inſtrumentum rogatus cum eodem Girardo recepi, ipſumque manu ejuſdem Girardi ſcribi feci auctoritate mihi conceſſa per dictum Dominum noſtrum Comitem, ſignumque meum Tabellionatus in principio apposui, & manu meâ propriâ me ſubſcripſi, cum appoſitione mei nominis. Idem Humbertus de Rivo.

Et ego Girardus Reboulli de Beyſſio, Clericus habitator Geben̄. publicus Apoſtolica & Imperiali auctoritatibus Notarius dictique Domini mei Epiſcopi Secretarius qui de premiſſis una cum Humberto de Rivo Notario ſupraſcripto preſens Inſtrumentum rogatus cum eodem Humberto recipi, ipſumque manu mea propria ſcripſi, ſignumque meum Tabellionatus appoſui conſuetum in teſtimonium veritatis premiſſorum.




XLVIII.

XLVIII.

Juramentum præstitum per Joh. de Bertrandis Episcopum Gebennensem manutenendi libertates & franchesias &c.

Coll. cum Origin.



IN nomine Domini Amen. Noscant presentes, futurorumque posteritas non ignoret; Quod sicut altissimo placuit recolende memorie Domino Guillelmo de Lornay dudum & ultimate Episcopo Gebennense ab hac luce substracto, Venerabiles viri Domini Canonici Ecclesie Gebennensis, ad electionem pro futuro successore in eadem Ecclesia Pastore ad electionem procedentes, Venerabilem virum Dominum Johannem Bertrandi Legum Doctorem dicte Ecclesie Canonicum vite & moribus comprobatum, scientia conspicuum, ac elegantissimum unanimiter in futurum successorem, & Ecclesie predicte Gebennensis Pastorem elegerunt, ac deinde electione hujusmodi sanctissimo Domino nostro Pape Benedicto XIII. debitata presentata; Idem Dominus noster Papa eundem Dominum Johannem Bertrandi Ecclesie predicte preficit in Episcopum & Pastorem prout ejusdem Domini Benedicti Pape literis Apostolicis inde super hoc confectis tam clero, quam populo Civitatis Gebennensis exhibitis latius continetur. Hinc est quod anno Domini millesimo quatercentesimo nono, Indicione secunda cum eodem anno sumpta, die vero decima mensis Januarii Pontificatus sanctissimi in Christo Patris Domini nostri Domini Benedicti divina Providentia Pape XIII. anno quinto decimo, existentibus & personaliter congregatis Venerabilibus viris Dominis Capitulo & Canonicis dicte Ecclesie more processionali cum cruce ac Kapis Ciriceis & Damacis ornatis infra portam majorem claustri dicte Ecclesie Geben-

1409. *Voyez Tom. I. pag. 74. au Texte.*

1409. bennensis, causa ipsum Dominum Johannem sicut premittitur electum & per dictum Dominum nostrum Papam recognitum dicte Ecclesie prefectum recipiendi, ac in possessionem realem & corporalem Sedis Episcopalis admittendi dicti Domini Canonici capituli videlicet, Venerabiles viri Domini Jacobus de Monthoux Prepositus & Johannes de Arenthone Cantor, tanquam majores dicti Venerabilis Capituli, proque & nomine totorum Dominorum Capituli ibidem astantium, cum ornamenmentis suis more processionali bene honorifice, ac cum honore & reverentia debitis per pacis osculum singulis videlicet Dominorum Capituli Canonicorum. Receperunt pariter & admiserunt deinde ipsum Dominum Johannem electum & confirmatum infra Ecclesiam majorem predictam usque supra majus altare introducentes more hattenus solito, adhibittoque Missale super Altare majus dicte Ecclesie, dictumque Missale apertum, deventoque ad illum scripture dicti Missalis ubi legitur, Te igitur Clementissime Pater &c. Idem Reverendus Pater Dominus Johannes Bertrandi electus & confirmatus Episcopus Gebennensis vertigiis Predecessorum suorum inherens sponte & scienter ac provide suaque mera & spontanea voluntate, omnes & quascunque Libertates, Immunitates & Franchesias, usus consuetudinesque hactenus qualitercunque introductas & observatas in Ecclesia & Civitate Gebennensi. Et dictis Civibus, Burgensibus, & Incolis a Predecessoribus dicti Domini Episcopi concessas se observaturum & manutenturum totaliter juxta ipsarum Libertatum, Franchesiarum, Immunitatum, usus & consuetudinum, clausularum, capitulorum ac pontorum continenciam & tenorem manibus appertis ac palmis ambabus simul conjunctim positis supra Missale & locum scripture predictum corporale prestitit juramentum (& uti) contrarium se non facturum perpetue assistentibus, & ut fieri consuetum est postulantibus, stipulantibus & recipientibus ad opus Civitatis & communitatis, seu universitatis ejusdem videlicet viris prudentibus Allamando Vullietti cive Gebennense, Johanne de Bonenio & Mermeto de Wflens Burgensibus & Sindicis dicte Civitatis Geben-

bennensis nominibus suis & universitatis Civitatis ac pluribus 1409.
aliis Civibus & Burgensibus ejusdem hoc idem nominibus predictis deposcentibus qui de premissis factis & juratis per prenominatum Dominum Johannem Episcopum precierunt per me subscriptum Notarium publicum fieri publicum Instrumentum datum ad opus Civium, Burgensium & tocius Communitatis & Universitatis Gebennensis. Datum & actum die & loco supra dictis presentibus Reverendo in Christo Patre Domino Guillelmo de Lugrino Abbate Filliaci, Venerabili viro Religioso Domino Nycolao de Montefalcone Priore Sti. Johannis Gebenn., Viroque venerabili & Nobili Dno. Richardo Bernicii de Rotulo Legum Professore & Milite in armis, Venerabilibus viris Dno. Rodulpho Gavid, Aymoneto Mallieti Jurisperitis, Dno. Petro de Alex Curato de Arbusigny, Marmeto Naquat cive Gebenn., Hudriodo Heremite Hostellerio, Francisco de Stabulo Drapperio Burgensibus Gebennensibus, cum pluribus aliis Canonicis presentibus supra dicte Ecclesie ad premissa testibus vocatis specialiter & rogatis meque Guichardo Ballivi de Gebenn. Clerico Imperiali authoritate Notario publico. Qui his omnibus premissis dum sic fierent & agerentur cum prenominatis testibus presens fui presensque publicum Instrumentum rogatus recepi manu mea propria scripsi, & in hanc publicam formam redegi signoque meo michi solito in testimonium omnium premissorum signavi fideliter & reddidi.

Idem Guichardus.

XLIX.

Sigismundi Imperatoris Bulla, quâ evocationem à Comite Sabaudiæ Episcopi Genevensis factam, ad recipienda de manibus ejus, ceu Vicarii Imperii Regalia, seu ad obedientiam ei Cæsaris nomine præstandam, inhibet, & nullam declarat, Anno 1412.

Coll. cum Origin.

1412. *Voy. Tom. I. pag. 74. au Texte.*

SIGISMUNDUS Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungarie, Dalmatie, Croatie &c. Rex. Illustri Principi Amedeo Comiti Sabaudie &c. Consanguineo nostro Charissimo, gratiam Regiam & omne bonum. Illustris Princeps, consanguinee charissime, etsi ad reprimendum quorumlibet nostro Culmini subjectorum gravamina & injurias, ex tradito nobis Divinitus dispensationis Officio, inter alias occupationum Curas, quibus solicitamur continuo animus noster ut plurimum fatigatur; circa illud tamen potissimam nostra versatur sollicitudinis intentio, qualiter sacrum Romanum Imperium ad quod nos licet immeritos divina sublimavit Clementia, ab illatis sibi injuriis relevando in suis statu bonis & Juribus non minuendo, sed augendo potius conservemus, & tanto majoribus circa hec nostre benignitatis motibus provocamur, quanto idem Romanum Imperium ceteris mundi potestatibus sublimius estimamus, & quanto etiam eidem Imperio pre aliis celitus est concessus Augustalis titulus, quo & nos prefati Imperii amplificator dicimur Augustus. Sane non sine mentis admiratione ad nostrum pridie pervenit auditum, quod quia Serenissimus & Invictissimus Princeps & Dominus, Dominus Karolus quartus Divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus & Bohemie Rex, dive recordationis Dominus, & genitor noster Charissimus, Illustrem Amedeum bone memorie Comitem Sabaudie, avum tuum ac ipsius heredes-

redes & successores, Comites Sabaudie &c. Generales in Comitatu Sabaudie, & partibus circumvicinis & notanter in Civitatibus Thaureñ., Maurianensi, Bellicensi, Lausannensi, Gebennensi, Augustenci, Sedunensi, Yporiporiensi, & Thauraunienſi, ac in temporalitatibus Ecclesiarum hujusmodi Civitatum, suos & Imperii sacri generales constituerit Vicarios, ipsisque concesserit quod iidem Episcopi & eorum successores juramenta fidelitatis subjectionis, obedientie & homagii, ac aliaque prefatis Romanorum Imperatoribus Regibus & Imperio prestare tenentur, Comitibus Sabaudie tanquam suis in hoc Vicariis & Imperii nomine prestare teneantur, ac etiam preceperit eisdem Comitibus quod prefatos Episcopos ipsis in premissis Rebelles mulctis, penis, legalibus & aliis remediis auctoritate Cesarea punire & constringere deberent &c., eosdem Episcopos & eorum quemlibet in specie ad presentiam tuam personaliter evocari curasti ipsis seriose mandando quatenus post duos menses citationis tue presentationem, immediate sequente, apud Chamberiacum aut ubi fueris personaliter veniant coram te compariturі, fidelitatem, homagium, obedientiam, subjectionem & omnia alia ad que Cesaree majestati tenebantur, de ipsis tibi vero dicti avi tui successori Vicario Imperiali facturi prestituri & recogniturі juxta formam & continentiam supradictarum Imperialium litterarum eidem avo tuo super hoc concessarum. Alioquin ipsos penis condignis & aliis remediis quibus expediri tibi videatur cohercere velis & compellere ad predicta &c. Sicut hec nostra Serenitas in prelibate citacionis copia repperit plenius contineri. Cum autem Illustris Princeps consanguinee charissime, Vicariatus predictus per prefatum Dominum Carolum, Dominum & genitorem nostrum charissimum, ex certis & legitimis causis, animum suum ad hoc moventibus, publicis sue Majestatis literis, dudum sit revocatus, sicut hoc in Registris Cancellarie sue cernitur clarissime comprehensum. Cumque predictorum Regalium infeudationes, velut singularis Romanorum Imperatorum & Regum preeminentie dignitates, in quibus accipiendis Imperato-

1412. peratores & Reges hujuſmodi, non niſi propter inevitabilia viarum diſcrimina, certas & legitimas cauſas, aut imminentes urgenteſque neceſſitates inferioribus quandoque ſuas vices committere ſint ſoliti, ad nos velut Regem Romanorum immediate pertineant, ac prenominati Epiſcopi Eccleſiarum ſuarum Regalia ſive feuda, a prefato Romano Imperio, & a Divis retro Romanis Imperatoribus & Regibus Predeceſſoribus noſtris, hactenus recepiſſe & tenuiſſe noſcantur, hac a nobis & nullo alio infra tempus ad hoc inſtitutum homagiis fidelitatibus & cerimoniis debius recipere habere ac recognoſcere teneantur & ſic eos & quemlibet eorum hujuſmodi feuda ſive regalia a nobis recipi & teneri velimus. Ne nos qui ſemper Auguſtus & amplificator Imperii dicimur, & qui alios in ipſorum juribus fovere debemus, noſtra & dicti Imperii jura negligendo titulum Auguſtalem, nobis ſicut premittitur divinitus conceſſum calumpniari quomodolibet reputemur. Et cum denique nobis ad defendendum & manutenendum noſtra & Imperii ſacri Jura, conſiliis & auxiliis aſſiſtere merito tenearis fidelitatem tuam ſerioſe requirimus & hortamur volentes, quatenus evocatione tua prefata penitus annullata caſſataque predictos Epiſcopos, ad recipiendum de manibus tuis antedicta Regalia ſive feuda nullatenus compellas ſeu compelli facias, aut ipſos alias in eorum juribus & libertatibus perturbes, aut perturbari permittas ullo modo; Quin potius ipſos prefata Regalia ſive feuda, pro conſervatione noſtrorum & Imperii ſacri dignitatum ac jurium earumdem Eccleſiarum de noſtris manibus ſicut juſtum eſt recipere patiaris, ad honorem & ſpecialem reverentiam noſtre Regie Majeſtatis, & ſicut confidentiam de te gerimus pleniorem. Prefatis enim Epiſcopis & eorum cui libet ſcripta noſtra pridie direximus ſub obtentu noſtre gratie ſtrictius injungendo ut ſtatim ſuſcepta per nos Romanorum Regia Corona noſtro conſpectui nullis allegationibus ſeu excuſationibus queſitis modis omnibus ſe preſentem dicta regalia ſive feuda de noſtris manibus volente Domino perſonaliter recepturi. Datum in patria Fori Julii, in campo ante Caſtrum Savoroniani; Anno Domini

Domini M. CCCC. XII. 20ª. die Decembris, Regnorum noſtrorum Hungarie &c. anno 26. Romano vero IIIº.

ad Mandatum Dⁿⁱ. Regis
Johannes Birchen.

L.

Literæ Declarationis Judicis & Conſervatoris Curiæ parvi Sigilli Montiſpeſſulani, auctoritate Regiâ deputati, ſuper Declaratione, quòd Repreſaliæ, ſive Marchæ indictæ contra Dominum Ducem Sabaudiæ & ejus ſubditos non debent interpretari vel extendi contra Dominum Epiſcopum Gebenn. Caſtra, Mandamenta, Cives, Homines & Burgenſes Gebennenſes, anno 1416.

Coll. cum Origin.

UNiverſis & ſingulis Seneſcallis, Baylivis, Prepoſitis, Vicariis, Caſtellanis, Judicibus, Juſticiariis, Officiariis, portuum & paſſagiorum Cuſtodibus, Commiſſariis, Servientibus & Exequutoribus Curie Regie parvi Sigilli Montiſpeſſulani, ad quos preſentes Litere pervenerint, & eorum cuilibet, vel eorum locatenentibus; Urbanus Grimoardi, alias Senhoreti, legum Doctor Conſiliarius Regius, ejuſdemque Curie parvi ſigilli Montiſpeſſulani, ac Jurium & privilegiorum ejuſdem Judex & Conſervator, auctoritate Regia ſpecialiter deputatus, ſalutem & honoris augmentum. Ad Univerſitatis veſtre notitiam deducimus per preſentes; Quod nuper die viceſima nona menſis Decembris, anno preſenti Reverendus in Chriſto Pater & Dominus, Dominus Johannes, miſeratione divina Epiſcopus & Princeps Gebennenſis, tranſitum ſeu regreſſum faciens per hanc Villam Montiſpeſſuli de partibus Arragonie, cum aliis Dominis Collegis ſuis à ſacro Sancto Concilio Conſtantienſi, pro diſpoſitione ſancte unionis Eccleſie illuc depputatis nobis querelоſus expoſuit, quod pretexto & occaſione

1416. *Voy. Tom. I. pag. 75. au Texte & aux Notes.*

1416. cujuſdam Marche, per nos pridem contra Illuſtres Principes Dominos, tunc Comitem, nunc vero Ducem Sabaudie & Principem Achaie ſeu Pignayrolii, ac eorum ſubditos, ad inſtantiam nonnullorum Mercatorum de Graſſa Seneſcallie Carcaſſonenſis, per nos indicte ſeu conceſſe, quidam veſtrum ſeu aliorum Officiariorum Regni Francie, aut eorum Locatenenſium, Cives, Burgenſes, homines & incholas Civitatis Gebeñ., & ejus Suburbiorum, nec non & Caſtrorum & Mandamentorum de Thyez, de Pineto & de Juſſiaco, ad prefatum Dominum Epiſcopum & ſuam Eccleſiam Gebeñ., in ſolidum pertinentes & pertinentium ad ſeu per loca diverſa dicti Regni Francie ex cauſa mercandiarum exercendarum, peregrinationis, aut alias licita ſe transferentes in eiſdem locis perſonaliter, una cum bonis ſuis arreſtaverunt, arreſtatoſque & arreſtata detinuerunt, ſeu ſaltem arreſtare & detinere attemptaverunt, aut comminati fuerunt quamvis Cives, Burgenſes, homines & inchole, nec non & Civitas, Caſtra & Mandamenta ſupradicti, ad prefatos Dominum Epiſcopum & ſuam Eccleſiam eorumque dominium, merum & mixtum Imperium ac Juriſdictionem omnimodam in ſolidum pertineant, nullique alteri Principi vel Domino ſint ſubjecti, in magnum dictorum Domini Epiſcopi, Eccleſie & ſubditorum ſuorum prejudicium atque dampnum, contraque Juris diſpoſitionem, que non patitur quemquam pro facto alieno opprimi ſeu gravari; Offerens ſe idem Dominus Epiſcopus de hujuſmodi ſuis Dominio, mero & mixto Imperio & Juridictione, nos plenius informaturum, loco & tempore opportunis. Succeſſu vero temporis videlicet die ſexta hujus menſis Aprilis, noſtro conſpectui ſe preſentans vir diſcretus Nicodus Feſti de Salanchia Gebenneñ. Dioceſis, prefati Domini Epiſcopi & Principis Gebenneñ. Secretarius & Procurator, de ſuo Mandato fidem expreſſam faciens literis auctenticis, ejuſdem Domini Epiſcopi ipſius ſigillo rotundo, cera rubea impendente ſigillatis, manuque Petri Yſambardi Notarii publici ſubſcripti, ſub anno Domini milleſimo quadringenteſimo undecimo, die 14. menſis Auguſti,

Augusti, nomine procuratorio predicto, una cum Venerabili 1416.
viro Domino Petro Dominici in utroque Jure Licentiato suo & Curie nostre predicte Advocato, predictas expositionem & requisitionem dicti Domini Episcopi dicti Advocati oraculo iterum proposuit & recensuit coram nobis in Auditorio publico dicte Curie nostre, offerens & producens idem procuratorie nomine procuratorio predicto, plura & diversa Documenta, ad verificationem expositionis supradicte; Cui quidem Procuratori assignavimus diem hodiernam, nonam hujus mensis Aprilis, hora audientie dicte Curie nostre, nec non Venerabili viro Magristro Johanni de Fonte in utroque Jure Bacallario, Procuratori Regio Fiscali substituto, ibidem presenti dicturo & allegaturo quidquid vellet pro interesse Regio in hac parte. Quibus quidem die & hora advenientibus, prius tamen & medio tempore predictis documentis per dictum Procuratorem Episcopalem, nomine & ex causa predictis productis & oblatis per nos una cum Notario & Scriba Curie nostre infra scripto, diligenter visis, lectis, & matura examinatione consideratis, prefatus Procuratori Episcopali & suo Advocato comparentibus, proponentibus & petentibus iterum prout & nomine quo supra prefato Procuratore Fiscali Regio etiam comparente, nichilque adversus proposita, petita, vel documenta dictorum Domini Episcopi, & sui Procuratoris in hac parte producta dicente, vel opponente, imo verius & expresse approbante tanquam justa & legitima; Nos prefatus Judex & Conservator, premissis expositionibus & petitionibus auditis documentisque seriose perlectis & visitatis, quas & que sufficientes & sufficientia, legitimas & legitima, reputavimus & reputamus in his scriptis, volentes propterea ut tenemur, predictis Domino Episcopo Gebenn., & suis Ecclesie subditis, sicut & quibuscunque aliis reddere quod suum est & justis eorum petitionibus debite providere communicato super hoc, maturo & deliberato consilio, in Auditorio publico dicte Curie nostre prefatis Procuratoribus Regio & Episcopali presentibus, videlicet Episcopali petente & instanter requirente, cum

 suo

1416. ſuo predicto Advocato, Regio vero nullomodo ſe opponente imo vero conſentiente, Declaravimus & tenore Preſentium Edictoque perpetuo declaramus Marche predicte, & quarumcunque aliarum Marcharum ſeu Repreſaliarum pronunciationem, conceſſionem ſeu indictionem, per nos vel Predeceſſores aut ſucceſſores noſtros in noſtre hujuſmodi Judicature ac conſervationis Officio, contra & adverſus prefatos Illuſtres Principes, Dominos Ducem Sabaudie, Principem Achaye ſeu Pynayrolii, aut eorum ſubditos ſeu quemcunque alium Principem, Dominum vel Magnatem, & ſuos ſubditos factam, vel in futurum fiendam ſub quacunque verborum forma vel expreſſione non debuiſſe, vel potuiſſe nonque debere, vel poſſe nunc vel in futurum interpretari vel extendi, contra & adverſus prefatos Dominum Eſpiſcopum & Principem, ſuaſque Eccleſiam & Civitatem Gebenñ., cum ſuis Suburbiis atque Caſtra & Mandamenta ſua ſupradicta de Thiez, de Pineto & de Juſſiaco, vel ipſorum Civitatis Suburbiorum, Caſtrorum atque Mandamentorum Cives, Burgenſes, Homines, Incholas & ſubditos, nec eiſdem quovis modo prejudicari debuiſſe vel debere, nec ipſos Dominum Epiſcopum, Eccleſiam, Civitatem, Caſtra, Mandamenta, Cives, Burgenſes, Homines, Incholas & ſubditos ſuos hujuſmodi in indictione ſeu conceſſione Marcharum ſeu Repreſaliarum predictarum fuiſſe comprehenſos, nec in futurum comprehendendos niſi forſan ipſe Marche vel Repreſalie contra eoſdem Dominum Epiſcopum, vel ſuos ſucceſſores in dicta Eccleſia, nec non Civitatem, Suburbia, Caſtra, Mandamenta, Cives, Burgenſes, homines, incholas & ſubditos ſuos ſupradictos, pronunciatione ſpeciali & expreſſa indicte ſeu conceſſe fuerint ad in futurum ſolemniter & debito modo indicerentur ſeu concederentur; Quo circa vobis univerſis & ſingulis Juſticiariis & Officiariis ſupradictis deputatis vel in futurum deputandis, quibus noſtre preſentes litere diriguntur ac omnibus & ſingulis aliis quorum intereſt, & quos preſens poteſt vel poterit tangere negotium de preſenti vel in futurum, quibuſcunque officio vel auctoritate fungantur infra Regnum Francie, ubi-

ubilibet conſtitutis ſerie & auctoritate preſentium, & noſtri Officii predicti inhibemus ne occaſione ſeu pretextu aliquarum Marcharum ſeu Repreſaliarum ſuperiùs mentionatarum, vel ſimilium per nos vel Predeceſſores aut ſucceſſores noſtros, in noſtro hujuſmodi Judicature & Conſervationis Officio contra predictos Illuſtres Principes Dominos Ducem Sabaudie & Principem Achaye ſeu Pinayrolii, aut quemcunque alium Principem, Dominum vel Magnatem & eorum ſubditos quovis modo, & ſub quacunque verborum formula vel expreſſione indictarum, conceſſarum, vel in futurum indicendarum vel concedendarum, aut literarum quarumcunque executoriarum, ſeu proceſſus inde emanatarum vel emanandarum predictum Dominum Epiſcopum & Principem Gebenñ., ſuoſque Cives Burgenſes, homines, incholas & ſubditos Civitatis Gebenñ., Suburbiorum, Caſtrorum & Mandamentorum ſuorum predictorum, aut eorum aliquem vel aliquos per Regnum predictum Francie & ejus partes, & loca quecunque cauſa mercandiarum peregrinationum, vel quacunque alia licita tranſitum vel ſtatum facientes, vel facturos in perſonis, familiis vel bonis eorumdem quibuſcunque, aliquatenus inquietetis, moleſtetis, impediatis vel turbetis, ſed eos & eorum ſingulos, una cum familiis & bonis ſuis univerſis per predictum Regnum Francie, & ejus loca univerſa & ſingula, venire, tranſire, ſtare, exire, ire & redire libere & pacifice permittatis, ſine turbatione, moleſtia vel impedimento quibuſcunque, niſi ut prefertur alique Marche vel Repreſalie, contra dictos Dominum Epiſcopum, ſuoſque ſubditos Civitatem & loca predictos & predicta, expreſſa & ſpeciali pronunciatione fuerint indicte, aut indicerentur in futurum. Datum in Montiſpeſſulo in publico Auditorio dicte Curie noſtre, ſub parvo ſigillo ejuſdem Curie, die nona menſis Aprilis, anno Domini milleſimo quadringenteſimo decimo ſexto. 1416.

Per D^num^. Judicem D^no^. Cuſtode dicti Sigilli & Procuratore Regio preſentibus.

Grimoardi T. Mathei.

Il y a un Sceau pendant à l'Acte.

LI.

L I.

Acordium perpetuum inter Episcopum, & Consilium Generale, circa supremum Dominium, contra Ducem Sab.

Coll. cum Origin.

1420. *Voyez Tom. I. pag. 76. & suiv. au Texte.*

IN nomine Domini Amen. Per hoc presens publicum Instrumen. . . . .
. . . . . . vicesimo, Indictione decima tertia, die vero ultima mensis Februarii. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini Martini divina providentia Pape qu. . . . .
. . . . Claustri Ecclesie Gebenn., hora quasi tertiarum, personaliter constitutis Reverendissimo in Christo Patre, & Domino, Domino Johanne miseratione divina Patriarcha Constan. . . . .
. . . . in Dominum Amedeum Ducem Sabaudie, pro pace & concordia danda sive procuranda, in Regno ac Christianissimà Domo Francie, & nonnullis aliis negociis auctoritate Apostolica sp. . . . .
. . . . Burgensibus incolis & habitatoribus, ac etiam procuratoribus Civitatis Gebenn., prout de eorum procuratione & Sindicatu procuratorioque, ac Sindicario nomine constat, communitate. . . . .
. . . . tem ipsam representantibus, ipsisque ad diem horam & locum predictos, ad sonum campane ut moris est in talibus convocatis; & nichilominus ex habundanti singulariter singuli habitantes, & degentes infra Civitatem & . . . .
& . . . . tationibus, prout tunc per relationem discretorum virorum, Domini Humberti Quarterii Rectoris Parrochialis Ecclesie Sancte Crucis, Domini Johannis de Mechora Curati Parrochialis Ecclesie Sancte Marie nove, Domini Radulphi . . . . . . us Ecclesie Beate Marie Magdalenes pro Domino

mino Johanne Martine Rectore ejusdem, Domini Petri de 1420.
Thoras, Vicarii Ecclesie parrochialis Sancti Gervasii, pro Domino Petro de Lornay, Rectore ejusdem, Domini Johannis Pichot, Vicarii parrochialis Ecclesie Sancti Germani, pro Domino Petro de Maignier Rectorem ejusdem, Domini Nicodi de Monte gelato, Vicarii parrochialis Ecclesie Sancti Leodegarii, pro Domino Jacobo Boschart Rectore ejusdem, & Domini Petri Thomasset Rectoris parrochialis Ecclesie Sancti Victoris Gebenñ., qui hoc publicè fecisse nobis Notariis publicis retulerunt, legitime edoctum est, quorum Consiliariorum, Sindicorum, Civium & incolarum nomina inferius describuntur, vocatis scilicet ad audiendum ea que proponerentur eisdem per prefatum Dominum Administratorem, & nichilominus ad consulendum, advisandum, respondendumque, quid agendum & que fieri viderentur eis, & intenderent super eo quod Illustrissimus Dominus, Dominus Amedeus Dux Sabaudie modernus, petebat sibi concedi Jurisdictionem & Dominium Civitatis Gebenñ., compensatione data, & quibusdam aliis negotiis, partibus ex altera. Prefatus Dominus Patriarcha & Administrator primus eidem Communitati, Consilio & Civibus, sic ut prefertur convocatis, eorumque Procuratoribus & Sindicis antedictis, Procuratorio & Sindicario nomine, quasdam literas Apostolicas ipsis tradidit, deditque & presentavit. Post quarum receptionem, cum qua decuit reverentia, Dixit eisdem ac voce intelligibili & in vulgari proposuit videlicet, quod pridem Illustrissimus Princeps Dominus Dux Sabaudie prefatus, Sanctissimo Domino nostro Pape exponi fecerat nonnullas rationes & causas, propter quas asserebat esse utile & expediens in eum & suos successores Duces Sabaudie, in perpetuum transferri Dominium & Jurisdictionem temporalem Civitatis Gebennensis, ad Episcopum & Ecclesiam Gebennensem spectantem pleno jure, recompensatione tamen sufficienti primitus eisdem Episcopo & Ecclesie assignata: Super quibus quandam suplicationem prefato Domino nostro Pape porrexerat, quam etiam sub certo modo signari obtinuerat, cujus supplicatio-

1420. cationis & ejus ſignature tenor ſequitur de verbo ad verbum, & eſt talis. BEATISSIME PATER; Cum a tanto tempore quod hominum memoria non exiſtit, adminiſtratio Juriſdictionis temporalis Civitatis Gebennenſis, ad predeceſſores humilis & devoti filii veſtri, Amedei Ducis Sabaudie olim Comites, tanquam Vicedompni Gebennenſis jure hereditario pertinuerit, & eidem Duci pertineat abſque eo quod Epiſcopus Gebennenſis, ratione Eccleſie Gebennenſis, ullum habeat dominium ſeu territorium, extra muros & Suburbia Civitatis & Dioceſis Gebennenſis, Caſtris Eccleſie & Epiſcopatus Gebennenſis, ſatis à Civitate Gebennenſi diſtantibus exceptis; Quodque circumcirca, & apud Civitatem predictam Gebennenſem, ſunt multi Nobiles, plura Caſtra & terras multas poſſidentes, qui potius dominantur Civitati, quam faciat Epiſcopus cum major pars civium predicte Civitatis adventitia exiſtat, & ſi ipſos cives delinquere contingat ſubmittunt ſe protectioni dictorum Nobilium, vel alicujus eorundem adeo quod per Epiſcopum vel ejus Officiarios juſtitia miniſtrari non poteſt; Ex quibus ſcandala, rixe, homicidia, robarie, injurieque & alia multa illicita ſepius inde ſecuntur & perpetrantur maximè, cum commiſſa delicta infra Civitatem Gebenn. extra Civitatem eandem non puniantur nec Epiſcopi Gebennenſes, niſi potentes in amicis, & quos Domini Sabaudie habuerunt in amorem, vel eorum alter factum in ſe aſſumpſerit in Civitate Gebennenſi antedicta, vivere non poſſunt pacifice; Et cauſantibus premiſſis etiam pro bono pacis & quiete Epiſcopi Gebenn. pro tempore exiſtentis inter bone memorie Comitem, tunc Sabaudie Vicedompnum Gebennenſem, & tunc Epiſcopum Gebennenſem fuit tractatum, quod dominium temporale dicte Civitatis pro medietate, & pro indiviſo ſpectaret & pertineret prefato Comiti ſuiſque ſucceſſoribus, ſub certis conventionibus & compenſationibus inter ipſos pro tunc Comitem & Epiſcopum concorditer inhitis, que quidem pacta & convenciones executioni demandata non fuerunt, ſimiliter nec pactum, occaſione premiſſorum, cum Duce Sabaudie moderno inhitum

inhitum de omnimodo dominio dicte Civitatis per ipsum retinendo, ut odia hominum restringerentur & favores ampliarentur, ita quod idem Dux facere teneretur, loco Dominii prefati recompensationem majorem de bonis suis, Episcopo Gebennensi excedentem dominium antedictum. Cum igitur Pater Sancte deffensiones & scandala, que ex premissis possent suscitari, & etiam perpetrari, sedari & tolli, quasi sit impossibile, nisi S. V. ad hoc dirigat oculos sue mentis pie succurrendo & providendo eisdem. Quapropter S. V. suplicat devotus filius vester, Amedeus Dux Sabaudie modernus, qui ad pacificationem & provisionem tantorum scandalorum illicitorum, pro exercicio debite justitie & reipublice tranquillitate animum gerit singularem, quatenus more pii partis, premissis opportunè providendo committere & mandare dignemini, uni vel duobus fide & facultatibus dignis, quos S. V. ad id duxerit nominandos, ut de premissis omnibus & singulis se diligenter informent, & si per informacionem veridicam inde recipiendam, premissa repererint veritate fulciri conventiones & pacta hujusmodi jam ut premittitur inhita, sufficienti compensatione Jurisdictionis pretacte adjecta authoritate Apostolica confirment, Jurisdictionemque temporalem predictam omnimodam in prefatum Ducem ejusque successores eadem auctoritate perpetuo transferant, & transferre possint & valeant in contrarium non obstantibus quibuscumque. Sic signata. Fiat si est expediens & committatur. Datum Florencie V. Kal. Aprilis anno secundo. Et in fine dicte supplicationis erat scriptum. Et si placet Gratianopolitano & Matisconensi Episcopis, ac Abbati Monasterii Sancti Sulpitii Cisterciensis Ordinis Bellicensis Diocesis. Super qua supplicatione sic ut premittitur signata prefatus Dominus Dux, ad effectum translationis Dominii & Juridictionis hujusmodi, in eum & verificationem causarum, in predicta supplicatione expressarum certo Judici & Commissario unico in partibus committi, ac quasdam literas Apostolicas in Cancellaria Apostolica expediri voluit, & quantum in eo fuit, expeditionem procurari fecit. 1420.

1420. Quarum quidem literarum expeditioni idem Dominus Patriarcha & Administrator, pro suo & dicte Ecclesie Gebennensis interesse, ac ut extimabat pro bono & utilitate civium & habitancium dicte Civitatis se opposuerat & opposuit, & tamen & causas oppositionum ipsarum propter hoc committi obtinuit in Romana Curia, Reverendissimis in Christo Patribus & Dominis, Dominis Anthonio Episcopo Portuensi, Bononiensi, & Johanni tituli Sancti Laurentii in Damaso, Presbytero Montis Arragonum, vulgariter nuncupatis Sancte Romane Ecclesie Cardinalibus; coram quibus proposuit & allegavit, & deduxit in viginti tribus articulis sibi tunc occurrentes causas, & rationes propter quas petita pro parte dicti Domini Ducis asserebat nullomodo fieri debere. Quodque novissime post factam per eundem Dominum Patriarcham & Administratorem, super punctis sue legationis seu missionis, coram dicto Domino Duce & suo Consilio, in Chamberiaco propositionem, pro parte ejusdem Domini Ducis, fuerat eidem Domino Patriarche & Administratori dictum & propositum, quod commutatio seu translatio Dominii seu Juridictionis Civitatis Gebennensis, Suburbiorumque & territorii ipsius per eundem Dominum Ducem requisita & petita, legitima tamen recompensatione Episcopo & Ecclesie Gebennensi facta & assignata, quam paratus erat facere cederet ad bonum & utilitatem Episcopi & Ecclesie, nec non civium & habitantium Civitatis Gebennensis, & propterea eum requirebat quatinus eum nollet impedire quovis modo, sed ab omni impedimento & oppositione factis, & per eum procuratis vellet desistere, ut petitio antedicta per ipsum Dominum Ducem facta suum posset sortiri effectum. Cui Domino Duci, Dominus Patriarcha & Administrator responderat, ut dicebat quod statum Ecclesie & etiam Civitatis Gebennensis, adhuc nesciebat cum ad ipsius Ecclesie regimen & administrationem esset noviter adsumptus, & propterea utrum expediret, vel non, aut utile vel dampnosum foret scire commode non poterat. Preterea ad factum tam grande, sicut esse alienatio vel translatio Dominii & Juridictio-

ridictionis Civitatis Gebennensis, etiam quacunque recompensatione sibi data vel assignata, nullatenus procedere poterat nec debebat, nec etiam intendebat sine deliberatione, consilio & assensu Capituli, Civiumque, Consilii & Communitatis Gebennensis, nec non etiam Vassallorum Sedis Episcopalis & dicte Ecclesie Gebennensis, quorum consilium & deliberationem libenter requireret. Cui dixit idem Dominus Dux, quod sibi hoc placebat & contentabatur, ut dicebat dictus Dominus Patriarcha & Administrator. Et ad effectum habendi deliberationem consilium & consensum Capituli Gebennensis, hujus quod debere fieri videretur super hujusmodi materia similem cum circunstantiis plurimis, fecerat expositionem & narrationem, & jam super ipsis habuerat tractatum, consilium & deliberationem bene ad longum, cum prefatis Dominis Preposito & Capitulo Ecclesie Gebennensis predicte, & sciebat quid juxta eorum opinionem consilium & deliberationem esset acturus. Propterea omnia & singula predicta dicebat, narrabat & exponebat dictis civibus & consilio, causa habendi consilium & deliberationem & quatenus opus est, consensum Sindicorum & Procuratorum, nec non Consilii civium & habitantium propter hoc convocatorum & ibi congregatorum, plane & simpliciter super omnibus premissis & eorum circumstantiis. Quibus sic actis, & per dictos Cives, Consilium & Sindicos ut dixerunt intellectis; Idem Dominus Patriarcha & Administrator, ab eisdem Sindicis & Procuratoribus, nec non Civibus & habitatoribus, Communitatem & universitatem Civium & Habitantium dicte Civitatis Gebennensis tunc presentium, & in maximo numero congregatorum facientibus & representantibus, cum instantia debita petiit & requisivit, petebat & requirebat eorum consilium & deliberationem, consensumq; auxilium & juvamen, super eo quod videretur eis debere fieri per eum, & utrum commutatio seu permutatio Civitatis Gebennensis, Suburbiorumque ejusdem, & territorii ac Jurisdictionis ipsius, recompensatione data vel assignata, expediret vel non expediret, & an honorabilis utilis vel dampnosa foret, potissime res-

1420.

1420. pectu Civium & Habitantium ipsius Civitatis, & utrum petitioni dicti Domini Ducis, suis attentis rationibus esset condescendendum, & si in hoc vellent consentire, aut non & an ipse Dominus Patriarcha & Administrator in sua contradictione & oppositione, ne dicta commutatio fieret perseverare deberet, & in contrarium instare, & quid tunc ipsi Sindici & Procuratores Cives & Habitatores intenderent, & si videretur eis quod tale onus, cum solis Ecclesie facultatibus alio non suffultus auxilio posset & deberet sustinere. Qui quidem Sindici & Procuratores Civesque & Habitatores tunc congregati premissis auditis, & ut dixerunt intellectis se ad partem retrahentem, & spaciose ac morose habita deliberatione nomine ipsius Communitatis Civitatis Gebennensis, per organum Honorabilis viri Hudriodi Heremite Burgensis predicte Civitatis concorditer & nemine discrepante, eleganter & constanter, responderunt & dixerunt, quod attento quod a longissimis retroactis temporibus, puta a quadringentis annis citra & supra Civitas Gebennensis, cum suis Suburbiis territorio & confinibus sibi adjacentibus & adherentibus, cum totali & pleno dominio & Juridictione omnimoda reditibus & juribus, nec non populus eorumque patres & habitatores, tam preteriti quam presentes ipsius fuerunt prout nunc sunt & existunt, in & sub pleno dominio & potestate Ecclesie Gebenn., & ejus Prelati sub quo dominio dicte Ecclesie Gebennensis, tam ipsi quam eorum predecessores dulciter benigne & amicabiliter tractati, ac in pace & transquillitate perfecta gubernati more piorum Patrum extiterunt, nec unquam alium in eorum Dominum recognoverunt, sicut nec recognoscere possunt, volunt neque debent, sine expresso consensu & mandato Episcopi sive Prelati Ecclesie Gebenn. eorum Domini Superioris & immediati, premisso etiam consilio & consensu capituli & licentia Pape, nullo modo videbatur eis tutum expediens, utile, honorabile, nec securum Ecclesie neque Prelato, & minus ipsis Civibus, nec eorum statui & communitati, imo dampnosum & valde periculosum possetque verisimiliter, eventus tristes & damp-

dampnosos ipsi Ecclesie & Civitati afferre, ad quamcunque 1420.
translationem, alienationem vel comutationem, quacunque data recompensatione procedere, vel super hiis tractare; Nec vident ex hoc resultare posse utilitatem, honorem, vel comodum Prelato Ecclesie neque Comunitati vel Civibus, & diversis respectibus incommoda & pericula plura. Et quod hoc multotiens hactenus retroactis temporibus fuerat petitum, & adtemptatum & nunquam potuit ad effectum deduci nec perfici. Et licet fuerint temporibus preteritis magis apparentes cause & colorate, quam nunc, ex eo quod in territoriis & Dominiis adjacentibus & contiguis territorio Civitatis Gebennensis, erant magni Principes, Barones, & Domini, ut pote Comes Gebennensis, Dominus de Vaudo, Dominus Terre Fucigniaci, Dominus Terre Gaii, frater Comitis Gebennensis & plures alii tunc viventes, qui multotiens de facto turbabant pacem & quietem Prelati, Ecclesie Civiumque & civitatis Gebennensis, qui omnes & eorum familie de medio sublati sunt, & omnia talia dominia reducta ad unum, & ad Illustrissimum Principem Dominum Ducem Sabaudie, qui fovet justitiam & nullam permittit fieri violentiam, neque vult vel permittit pacem vel quietem alicujus conturbari, maxime Prelatorum ministrorumque Ecclesie, neque Juridictionem hominum, vel bonorum eorum, & dat eis favores & auxilia cum Deo, & eis sit devotus & valde prudens Princeps & Catholicus, & semper ipse & sui predecessores, fuerunt amici & benevoli Prelatis, Capitulo & Civitati Gebennensi. Et propterea non auderent, salva eorum fidelitate & conscientia bona consulere hoc debere vel expedire fieri. Subjungentes quod in hac commutatione nullo modo, nullo unquam tempore consentire nec consensum suum prebere intendunt, imo quantum possunt contradicunt; fuerunt enim, & sunt omnino dispositi, conclusi & determinati vivere & mori sub Dominio predicte Ecclesie Gebennensis, & Juridictione ac regimine sui Prelati, qui est & fuerit pro tempore sicut patres & predecessores eorum sub eis continue vixerunt & perseveraverunt, & nunquam aliam

1420. dominationem aut regimen cognoverunt, nec admiserunt, nec cognoscere aut admittere intendunt. REQUIRENTES preterea eundem Dominum Patriarcham & Administratorem, cum quanta potuerunt reverentia & honore, ex debito sui officii & administrationis pastoralis, nec non etiam in vim & efficaciam prestiti per eum juramenti, in suo jocundo adventu, de bene & fideliter regendo Ecclesiam & Civitatem Gebennensem & jura ejus servando &c., ut in ipso juramento latius continetur, & ei cum humilitate & instantia qua poterant supplicantes, quatinus omnia remanerent in statu & ordine, subjectione obedientia & dominio Ecclesie, in quo sunt & fuerunt, usque ad moderná tempora & esse debent. Et quia idem Dominus Administrator, ab eis consilium, tanquam a suis fidelibus & subditis postulavit, ipsi deliberati ut supra prout melius potuerunt & sciverunt, consuluerunt & eidem consulunt, quatenus pro honore & magnificentia Ecclesie Gebennensis, ac bono & utilitate ipsius & Civitatis, Civiumque & Habitantium predicte Civitatis Gebenñ., ad alienationem commutationem, seu translationem Civitatis Gebennensis, Suburbiorumque ejusdem, nec non territorii, Juridictionis ac Dominii ipsius, per se vel alium directe vel indirecte, seu quovis quesito colore, aut quacunque recompensatione sibi & Ecclesie Gebenñ., data vel assignata nullomodo procederet, sine expresso consensu ipsorum Sindicorum & Procuratorum, nec non Civium & Habitantium dicte Civitatis Gebennensis, sed toto posse totisque viribus, ut bene incepit alienationi, commutationi seu translationi hujusmodi, contra quemcunque, cujuscunque status, dignitatis, libertatis, preeminentie, vel honoris fuerit, se opponat & contradicat, viriliter & cum effectu, & tantum & taliter faciat, quod Civitas Gebenñ., cum suis Suburbiis & territorio, nec non Cives & habitatores ipsius, in proprietate & dominio Ecclesie Gebenñ., remaneant & perseverent perpetuò, sicut fuerunt a quadringentis annis citra & supra, ut dictum est. DICENTES preterea & offerentes prefati Sindici & Procuratores, nec non Cives & Habitatores pre-

dicte

dicte Civitatis Gebenñ., sic congregati, quod, si idem Dominus Patriarcha & Administrator, quantum ad eum spectabat & pertinet, pro se & suis successoribus Episcopis, seu Administratoribus Ecclesie Gebenñ., qui fuerint pro tempore imperpetuum, per modum tractatus, conventionis, seu compositionis perpetuo valiture servande & habende, cum prefatis Sindicis & Procuratoribus, nec non civibus & habitatoribus predicte Civitatis Gebenñ., & eorum singulis suisque successoribus, imperpetuum, conveniret, promitteret & juraret, videlicet, quod nullo unquam tempore procedet, neque procedere possit, debeat nec valeat, ad aliquem tractatum cum prefato Domino Duce Sabaudie, suisve successoribus aut quocunque alio, cujuscunque status, gradus, honoris, dignitatis, preeminentie, vel conditionis fuerit, ad quamcunque translationem, commutationem, seu aliam alienationem Civitatis Suburbiorumque, vel territorii, Jurisdictionis, vel Dominii ejusdem, procedet, vel etiam aliquem tractatum, per modum concordie vel compositionis, faciet, sine consensu expresso, & voluntate Sindicorum & Procuratorum, nec non Civium & Habitantium predictorum, qui sunt & qui erunt pro tempore quodque se opponere debeat, & sui successores contra quemcunque, directe vel indirecte procurantem transmutationem, alienationem, vel immutationem Dominii & Jurisdictionis predictorum, ac etiam contra quemcunque impetrantem vel actum aliquem gerentem, facientem aut procurantem, per quem directè vel indirecte, ad hoc posset deveniri, vel occasio etiam dari, seu subjici, aliter quam sit & esse debeat, secundum retroacta tempora, cujuscunque status, gradus vel conditionis existat, talemque prosequi & etiam punire debeat rigide, realiter, & cum effectu, per omnem modum possibilem, & prout sibi aut successoribus suis, vel alteri eorum videbitur; Tunc ipsa Civitas, Consilium, Sindici & Cives memorati, sic ut premittitur congregati unanimiter & bene consulti tractatu inter eos legitimo precedente, pro bono & evidenti utilitate ipsius Civitatis & Comunitatis ut dixerunt, sponte & liberaliter

1420.

1420. raliter obtulerunt & promiserunt, pro se suisque successoribus, prefato Domino Administratori, & etiam successoribus suis Canonice intraturis, ubicunque & in quocunque loco, & contra quamcunque personam cujuscunque status, gradus vel conditionis existat, toto posse, totisque viribus auxilio, consilio, assensu, obediendo & exequendo, quantum in ipsis erit, prestare assistentiam in omni modo resistendi, occurrendi, & providendi, contra omnes & singulos, verbo, facto, nutu vel impetratione, conantes vel procurantes in contrarium, vel gerentes aliquem actum, qui ad hoc tendat, quovis modo vel alias quoquomodo prefato Domino Patriarche & Administratori, suisque successoribus assistere, ac ejus mandatis obedire, ipsaque realiter & cum effectu, pro viribus exequi, nec non in omnibus & singulis etiam deppendentibus, personaliter laborare & auxiliari, ac etiam in peccuniis & expensis, si quas occasione premissorum fieri contingat, realiter contribuere, tam comunibus predicte Civitatis, quam etiam propriis singularum personarum ipsius, presentium & futurorum, privatis nominibus juxta vires & facultates predicte Communitatis, & singularum personarum ipsius, & alias taliter facere & viriliter & cum effectu peragere. Sicut boni & fideles subditi Dominum suum juvare eique subvenire tenentur. INTELLECTIS igitur & auditis, consilio, voluntate, affectu & fidelitate predictorum Sindicorum & Procuratorum, ac etiam singulorum Civium & Habitantium predicte Civitatis Gebenn., tunc congregatorum, quam erga Ecclesiam Gebennensem eorum matrem gerunt, & voluntarie ostendunt, & attentata oblatione & presentatione quam fecerunt, ut Comunitas & singulares persone de Communitate, pro se & suis successoribus imperpetuum, quibuscunque tam in communi, quam in particulari; Dixit & respondit, idem Dominus Patriarcha & Administrator, quod postquam ita fieri bonum & pro meliori & utiliori, ac expeditiori, eis videbatur, tam pro honore & magnificentia Ecclesie Gebennensis, quam etiam bono & utilitate ac conservatione Civitatis Gebenn., nec non Civium & Habitantium ipsius,

ipsius, videlicet, quod non fieret alienatio, commutatio, seu translatio Dominii seu Juridictionis dicte Civitatis, Suburbiorum, Territorii, Juridictionis, neque Dominii eorundem, sed quod perpetuo apud Ecclesiam Gebennensem remaneant; Considerato etiam, quod oppinio Dominorum Prepositi & Capituli Ecclesie Gebennensis, ac deliberatio, quam cum eis habuerat, in effectu ad id condescendebat, non valens cum honore suo, sine Dei & juramenti per eum prestiti offensa, salva conscientia premissa refutare, ipse proponebat, prout proponit, ipsorum Sindicorum & procuratorum ac civium & habitatorum consiliis & etiam deliberationibus, acquiescere, & per eos oblata acceptare, prout & acceptabat, paratum se offerens, ad petitam per eos compositionem conventionemque & concordiam, cum suis qualitatibus & circumstantiis faciendam, ut illarum suffultus presidio & auxilio, melius rigidiusque & securius possit & valeat resistere, & media convenientia tenere, tam ipse, quam sui successores in sede Episcopali Gebenn., ad retinendum Civitatem Gebenn., ejusque Suburbia, Territorium, Juridictionem & totale Dominium in bonis & proprietate ipsius Ecclesie. Et ut omnia sub majori & fortiori vinculo solidentur & roborentur, ad premissa faciendum & tenendum, & etiam ad procedendum contra quemcunque subditum & non subditum, Clericos & Laïcos quorumcunque status, libertatis vel preeminentie existant, per Jurisdictionem Ecclesiasticam ac secularem & resistendum cuicunque Principi & alteri etiam cuicunque nobili & ignobili, & aliis quibuscunque de quibus posset, & convenit considerationem haberi, & ut sic oblata advisataque, & hinc inde proposita, & mature pro bono & utilitate communi tam Ecclesie quam Civitatis Gebennensis etiam, Civiumque & habitantium in ea deliberata, perpetuis futuris temporibus, firmius observentur, civitasque Gebenn., & ejus Suburbia, Territorium, Jurisdictio temporalis omnimoda, & Dominium, nec non cives & habitatores ipsius, sint perpetuò apud Ecclesiam & Episcopum sive Sedem Episcopalem Gebenn. prout hactenus fuerunt, & esse debent, solidius & firmius re- 1420.

1420. neant, & ad omnes alios meliores & validiores fines & effectus, quibus melius & efficacius fieri poteſt. Partes ipſe, videlicet prefatus Dominus Patriarcha & Adminiſtrator, pro ſe & ſuis in Ecclefia Gébenñ. ſucceſſoribus univerſis, ſive ſint aut fuerint Epiſcopi, aut Adminiſtratores, aut Commendatarii, perpetui vel temporales quocunque nomine contingat eos intitulari ex una; Et prefati Sindici & Procuratores dicte Civitatis Gebenñ., nec non Cives & habitatores ipſius tunc congregati, nomine ipſius Communitatis & ſingularium perſonarum ejuſdem, pro ſe & ſuis etiam ſucceſſoribus Sindicis & Procuratoribus, ac Civibus & habitatoribus dicte Civitatis, imperpetuum per modum ſpecialis conventionis tractatus, ſeu compoſitionis perpetuo valiture, & per eos inviolabiliter obſervande, partibus ex altera. Ibidem preſentes, & ad hoc, ut premiſſum eſt, congregati, convenerunt, tractaverunt, & compoſitionem inierunt, & quanto efficacius potuerunt, atque poſſunt, ſolemniter ſtatuerunt & ordinaverunt, ſtatuuntque, conveniunt & ordinant expreſſe, videlicet quod prefatus Dominus Patriarcha & Adminiſtrator, aut ſui ſucceſſores, vel aliquis ex eis nunquam perpetuis futuris temporibus, ad tranſlationem, tranſmutationem, commutationem, ſeu quamvis aliam alienationem Civitatis Gebennenſis Suburbiorum, Territorii, Juriſdictioniſque & Dominii ejuſdem, in toto vel in aliqua parte, etiam ad requeſtam ſollicitudinem, proſecutionem, vel aliam inſtantiam cujuſcunque perſone, cujuſvis dignitatis ſtatus, gradus, ordinis, preeminentie, vel honoris fuerit, etiam quacunque recompenſatione ſibi vel Eccleſie Gebenñ., data, aſſignata, oblata vel preſentata fuerit, procedet neque ipſe faciam ipſet, vel admittet, nec ei conſentiet, vel etiam aliquem tractatum ſuper hoc faciet, neque facere poterit, debebit, nec ſibi licebit, quovis dato colore aut quovis modo, directe vel indirectè, ſine expreſſa requiſitione ante omnia, conſilio & expreſſo conſenſu Sindicorum & Procuratorum dicte Civitatis ſeu Communitatis Gebenñ., vocatiſque ſpecialiter & expreſſe cum ſono campane, ſingulariter, ſingulis, in domo propria ſeu ad eorum perſo-

ſonas, ſicut ad iniendum preſentem compoſitionem fuerunt convocati, congregatis civibus & habitatoribus dicte Civitatis, ac ſine ſubſcriptione dictorum Sindicorum & Procuratorum, ac etiam magne & notabilis partis, ſeu multitudinis Civium & habitatorum dicte Civitatis, qui ſunt & qui erunt pro tempore. Quodque toto poſſe, totiſque viribus, ipſe Dominus Patriarcha & Adminiſtrator, & quicunque alius Prelatus ejus ſucceſſor operam dabit efficacem, & dare tenebitur, omni ſimulatione, fictione, metu & timore poſtpoſitis, ut predicta Civitas Gebenñ., ejuſque Suburbia, Territorium, Juriſdictio & totale Dominium in proprietate, ſubjectione, bonis & Dominio ipſius Eccleſie Gebenñ., & ejus Prelati, qui fuerit pro tempore perpetuo ſint, perſeverent, & in omni ſua parte, & omni tempore remaneant ut fuerunt alias & ſunt de preſentie; Quodque ſi caſu aliquo contingeret in futurum, quod ratione hujuſmodi tractatus, conventionis, vel compoſitionis, per Sindicos & Procuratores civeſque & habitatores predictos, cum predicto Domino Patriarcha & Adminiſtratore facte, ipſi Sindici & Procuratores, civeſque & habitatores vel in communi, aut eorum aliqui particulariter, in bonis, rebus vel perſonis, vexentur, turbentur, inquietentur, opprimantur, vel alias quomodolibet moleſtentur. Tunc prefatus Dominus Patriarcha & Adminiſtrator, ejuſque ſucceſſor qui fuerit pro tempore, prefatos Sindicos & Procuratores, civeſque & habitatores & eorum ſucceſſores, ipſorumque quemlibet, a vexatione, turbatione, inquietatione, oppreſſione, vel alia quavis moleſtatione, toto poſſe, totiſque viribus defendere tenebitur & defendet, & oppreſſo vel oppreſſis hujuſmodi, in defenſione ſua, etiam contra quamcunque perſonam, cujuſcunque ſtatus, gradus, libertatis, preeminentie, vel honoris fuerit, adherere, & ſe, cum ipſo partem formalem facere, & ad ejus expeditionem totalem laborare tenebitur. Et ſimiliter, prefati Sindici & Procuratores, civeſque & habitatores dicte Civitatis Gebenñ., ſingulariterque & ſinguli, pro ſe & ſuis ſucceſſoribus quibuſcunque, ut prefertur, nullo unquam tempore, ad


1420.

1420. alienationem, translationem seu commutationem Civitatis Gebenñ., Suburbiorumque & Territorii, nec etiam Jurisdictionis & Dominii ipsius procedent, tractabunt, procurabunt, aut procurari consentient, quod Dominium in aliquem alium transferatur, neque in alium Dominum, quam in Prelatum Ecclesie Gebenñ., directe vel indirecte, consentire poterunt, nec aliquis eorum poterit, nec sibi licebit, nec quovis modo, aliquo unquam tempore, consentient, neque etiam contra aliquod premissorum tractatum admittent, maxime sine expresso mandato & licentia, scitu & voluntate primitus & ante omnia, obtentis, expressoque consilio & consensu prefati Domini Patriarche & Administratoris, aut sui successoris, pro tempore existentis, sed quod Civitas Gebenñ., ejusque Suburbia, Territorium, omnimoda Jurisdictio & totale Dominium, apud Ecclesiam Gebenñ., & ejus Prelatum, in proprietate, subjectione, bonis & Dominio sint, remaneant perpetuo & manuteneantur, pro viribus juvabunt & deffendent, Prelatoque pro tempore assistent veraciter, realiter & sine fictione, ac contra quamcunque personam, cujuscunque gradus, status, vel conditionis fuerit, etiamsi status Clericalis vel Ecclesiastici, cujuscunque qualitatis, libertatis, dignitatis, vel officii seu Laicalis, Princeps, Baro, Nobilis vel ignobilis, burgensis, mercator, vel plebius extiterit, si quam forte contingerit, directe vel indirecte, per se, vel alium, verbo, facto, nutu, impetratione, aut alias quomodolibet procurare, dicere, consiliari cum uno, paucis, aut pluribus facere, gerere, conari, vel attemptare aliquid, per quod Civitas predicta, suburbia, Territoriumque ejusdem, Juridictio ac Dominium hujusmodi, ad alium quemcunque, quam Ecclesiam Gebenñ., & Prelatum ejus, qui est vel qui erit pro tempore, transferatur, aut in aliquo subjiciatur quovis modo, seu absorbeatur vel impediatur, turbetur vel inquietetur à suo debito cursu, in toto vel in parte, aut relatione falsa quacunque, proditorie vel colorate, per quam inter dictos Cives Gebenñ., inter se, vel inter ipsos & Episcopum, seu Ecclesiam prefatam, dissensio, divisio,

divisio, aut discordia, seu turbatio pacis vel quietis Civitatis predicte exoriri possit, contra quam personam, etiam unam vel plures, & tot, quot fuerint idem Dominus Patriarcha & Administrator, vel ejus successor qui fuerit pro tempore, procedere decreverit & voluerit, poterit, tenebitur & sibi licebit procedere, ad impositionem penarum, proscriptionem bonorum confiscationem, incarcerationem & quarumcunque aliarum penarum impositionem, majorem, equalem vel minorem, ac statuta & ordinationes, super hoc etiam, super bono regimine & convenienti politia predicte Civitatis, facere, condere & ordinare, quotiens sibi videbitur, & prout de jure fuerit faciendum, aut alias sibi videbitur expediens, & decreverit ipse, vel aliquis successor suus, per se, vel officiarios suos, deputatos vel deputandos, etiam extraordinarie procedere. Ipsique Sindici & Procuratores, civesque & habitatores predicte Civitatis, & singulariter eorum singuli, qui sunt & qui erunt, pro tempore, eidem Domino Patriarche & Administratori, suisque successorlbus qui fuerint pro tempôre, in omnibus premissis & circa deppendentia ex eis, obedient & parebunt, dabuntque & dare tenebuntur assensum, consensum, favorem, & consilium, ac in exequendo assistentiam & auxilium etiam personale, in valentibus secundum exigentiam, personaliter laborare: Et etiam viceversa, si casu aliquo in futurum contingeret, prefatum Dominum Patriarcham & Administratorem, seu ejus successorem pro tempore existentem super alienatione, commutatione, translatione, seu transmutatione dicte Civitatis Suburbiorumque ipsius, nec non Jurisdictionis & Dominii ipsius per quemcunque, cujuscunque status, gradus, ordinis, preeminentie, libertatis vel conditionis fuerit, in rebus, bonis, juribus, vel etiam persona, vexari, turbari, inquietari, opprimi vel etiam alias quomodolibet molestari, tunc prefati Sindici & Procuratores, civesque & habitatores predicte Civitatis & eorum successores, ac singulariter singuli, prefatum Dominum Patriarcham & Administratorem, ejusque successores & eorum quemlibet a vexatione, turbatione, inquietatione, op- 1420.

 pres-

pressione & alia quavis molestatione, toto posse, totisque viribus, defendere, & eis, in defensione sua & prosecutione justitie, etiam contra quamcunque personam, cujuscunque status, gradus, vel conditionis fuerit, adherere, & cum eo se partem formalem facere & ad ipsius, & bonorum, rerum ac jurium suorum totalem expeditionem laborare, etiam personaliter, si sit opus, ac etiam in peccuniis & expensis occasione premissorum necessariis, contribuere realiter & cum effectu tenebuntur; Prefatamque concordiam, conventionem, seu compositionem, statutumque & ordinationem, tam ipse Dominus Patriarcha & Administrator, & sui successores, in eorum novo seu jocundo ingressu ad Civitatem predictam, nec non etiam Sindici & Procuratores predicti, eorumque successores in eorum prima institutione, nomine civium & habitantium dicte Civitatis, perpetuo inviolabiliter servare & jurare, tenebuntur. Quas quidem conventionem, tractatum & compositionem, nec non statutum & ordinationem partes ipse, earumque quelibet, quantum eam tangere potest, pro se & suis successoribus, ut prefertur, acceptarunt, laudarunt, voluerunt & approbaverunt, ac in eis specialiter & expresse consenserunt, ac etiam juraverunt, videlicet dictus Dominus Patriarcha & Administrator, manum ad pectus suum, more Prelati ponendo; alii vero omnes & singuli supradicti, ad Sancta Dei Evangelia, gratis & liberaliter per eos, sponte tacta. Promittentes bona fide, & per prestita juramenta, ut prefertur nobis Notariis subscriptis recipientibus & stipulantibus, vice & nomine omnium & singulorum, quorum interest aut intererit quomodolibet in futurum, quantum quamlibet ipsarum partium tangit & concernere potest, perpetuo, inviolabiliter observare & nunquam venire contra directe vel indirecte, per se, vel per alium, quomodolibet, videlicet ipse Dominus Patriarcha & Administrator sub ypotheca & obligatione omnium & singulorum bonorum suorum & Ecclesie Gebenn. suorumque, in dicta Ecclesia, successorum. Et prefati Sindici & Procuratores, civesque & habitatores Civitatis Gebenn., sub ypotheca & obligatione omnium



nium

nium bonorum Comunium predicte Civitatis, ac singularum 1420.
personarum ejusdem, suorumque successorum & heredum, mobilium & immobilium, presentium & futurorum, que nec non successores ipsos, quo ad hoc specialiter, expresse & solemniter obligaverunt & obligata esse voluerunt. Et insuper voluerunt & consenserunt partes predicte, quod meliores & fortiores litere & instrumenta dictentur & concipiantur super premissis, ad dictamen sapientum grossentur & regrossentur, totiens quotiens ipsis partibus, vel alteri ipsarum videbitur faciendum; Quodque possit & debeat a Domino nostro Papa & Domino Imperatore, & eorum quolibet obtineri, omnium & singulorum predictorum cum deppendentibus, confirmatio in pleniori forma, cum supplectione deffectuum & solemnitatum, & executoribus, ad solidiorum firmitatem & validationem. De quibus omnibus & singulis premissis, prefate partes, pro se & suis successoribus, ut prefertur, petierunt per nos seu duos ex nobis, sibi fieri, confici, & tradi publicum instrumentum, & publica instrumenta, unum & plura, etiam ad dictamen sapientum, substantia non mutata. Comparuerunt autem in premissis, honorabiles viri, Petrus Gaillardi, Nicodus Vigier & Johannes de Jussiaco, Sindici & Procuratores, tam Sindicario & Procuratorio predicte Civitatis, quam suis propriis & privatis nominibus, quorum Sindicorum & Procuratorum Petrus Gaillardi, pro suis, certis suis negotiis, ut dicebat, prepeditus, ante plenam conclusionem & concordiam habitam in premissis, recessit. Sed Nicodus Vigier & Johannes de Jussiaco, usque ad totale complementum omnium & singulorum premissorum permanserunt, predictamque Civitatem Gebenñ., ejusdemque Cives, burgenses, & habitatores, tam in communi, quam in particulari, & singulariter eorum singulos, modis & forma superius designatis obligaverunt. TENOR vero potestatis predictorum Sindicorum & Procuratorum sequitur de verbo ad verbum, & est talis. In nomine Domini Amen. Per hoc presens publicum instrumentum, cunctis appareat evidenter, quod anno à Nativitate ejusdem Do-

1420. Domini millesimo quadringentesimo vicesimo, Indictione decima tertia cum eodem anno sumpta, die vero quarta mensis Februarii, constituti personaliter providi viri & honesti, Dominus Reymondus de Orseriis, Jurisperitus, Jacobus de Rotulo, Girardus de Villier & Girardus de Burdignin, Sindici & Procuratores moderni civium & burgensium & incolarum Civitatis Gebeñ., Franciscus Camerarii, Johannes de Tingerone, Georgius de Sancto Michaele, Franciscus de Veygier, Johannes de Bonento, Mermetus Naquat, Petrus Balli, Petrus sine terra, Johannes Lombardi, Johannes de Albergamentis, Petrus Balli de Draliens, Nycodus de Maresto, Petrus de Ferro, Nicholetus de Castronovo, Petrus de Corberia, Amedeus Picardi, Hudriodus Heremite, Berthetus de Quarro, Johannes Gavit, Nycodus de Veygier, Robertus Ros, Stephanus Peyrolerii, Stephanus Delphini, Humbertus Baudet, Johannes de Wachio, Petrus Besanczon, Roletus Chopini, Guigo de Curtina poterius, Johannes Reyson greator, Johannes de Plantata, Stephanus de Cabillo, Johannes Perrotini, Marmetus de Chenea, Johannes Jacelli, Hugoninus Doubochet, Petrus Pecolat, Marmetus Verterii, Johannes Boni, Johannes Girardus Becuel, Petrus Quarterii Lathonius, Anthonius Epingneti condurerius, Johannes Sernonay, Hugoninus de Postella, Johannes de Fonte, Henricus Sermon, Anthonius de Bosco, Johannes de Leaval, Jacobus de Peymes, Johannes Ciclat, Petrus Barre, Roletus Fontanelli, Petrus Gachet, Petrus Cruselli capentrator, Anthonius de Versoya, Jaquetus de Arva, Franciscus de Capella, Petrus Rombosson, Johannes Rondet, Johannes de Strata Brodiour, Petrus de Ferro, Roletus de Peymes, & quamplurimi alii, in magna multitudine populi, Cives, Burgenses & incole, ad cridam dicte Civitatis, ad sonum campane Ecclesie Gebeñ., loco publico & solito convocati, ut moris est, propter infrascripta congregati, ibidemque Consilium generale facientes communitatemque & universitatem dicte Civitatis representantes, & de negotiis suis dicteque Civitatis & Communitatis

tractan-

tractantes, dictique Sindici & Procuratores attendentes, dictum eorum Officium Sindicatus, Administrationis, & Procure dicte Civitatis, Civium, Burgensium, & Incolarum finiri debere, quoniam steterunt jam per annum integrum, vel circa, in dicto Sindicatus officio, administrationisque & procure dicte Civitatis, Civium, Burgensium, & Incolarum, requisierunt juxta morem & consuetudinem dicte Civitatis, alios eligi Sindicos, Administratores, & Procuratores dicte Civitatis, & Communitatis, ad faciendum, procurandum, agendum & regendum dicte Civitatis & Communitatis negotia, & jura ipsius Civitatis & Communitatis defendendum. Quibus quidem auditis, & considerato, quod finitur de proximo eorum officium, habito consilio cum eisdem, ut moris est, volentes Sindicos & Procuratores dicte Civitatis utiles eligere eorum consilio. Quapropter ipsi Sindici, & dicti Cives, Burgenses & Incole dicte Civitatis, in multitudine predicta constituti, non nullis ex ipsis in quamplurimis electis, discrepantes, volentes mature procedere in hoc negotio hujusmodi consilium continuarunt, ad diem Martis proximam, sextam mensis hujus Februarii, ad confirmandum quatuor ex nominatis, in Sindicos & Procuratores ipsorum Civium, Burgensium & Incolarum, in Consilio ordinario ipsa die tenendo, ut moris est. De quibus petierunt fieri per me subscriptum Notarium publicum Instrumentum. Data & acta fuerunt premissa Gebennis infra claustrum, loco solito, actus hujusmodi fieri, presentibus Nobili Guillermo de Ponte vitreo, condomino dicti loci, Domicello, Glaudio de Capella Domicello, & Johanne Faverges, testibus ad premissa vocatis & rogatis. 1420.

SUBSEQUENTER Anno & Indictione quibus supra, die Martis sexta mensis hujus Februarii, in mei Notarii & testium subscriptorum presentia personaliter constituti, Dominus Richardus Bernicii Legum Doctor & Miles, Aymo Maillet, Aymo Salanchie Jurisperiti, Franciscus de Veygier, Johannes de Nanto, Petrus Pecolat, Johannes de Tingerone, Hugoninus de Postella, Johannes Buchon, Marmetus Verterii,

1420. Guichardus Ballivi, Petrus Pageti, Mermetus Lullini, Stephanus Peyrolerii, Johannes de Faramant, Perretus Fabri, Johannes Sansonet, Stephanus Viramulini, Johannes Peronodi, Thomas Marquisii, Hudriodus Heremite, Petrus de Chisinova, Nycodus de Aeria, Petrus sine terra, Johannes Lombardi, Johannes Gay, Nycodus de Veygier, Johannes Gavit, Franciscus Camerarii, Jacobus de Rotulo, Georgius de Sancto Michaele, Henricus Sermon, Girardus de Villier, Nycoletus de Serreriis, Glaudius de Capella, Petrus Rupt, Johannes Ciclat, Franciscus de Capella, Johannes Coloni lathonius, Johannes Jacelli, Guigo de Curtina, Anthonius de Veygier alias Genty, Petrus Riombosson & Johannes de Strata, Cives, Burgenses & Incole Civitatis Gebenñ., attendentes Consilium generale Communitatis dicte Civitatis ad diem hodiernam continuatum fore, ad confirmandum quatuor ex nominatis per eosdem, in Sindicos & Procuratores Civium, Burgensium & Incolarum dicte Civitatis. Igitur ipsi Cives, Burgenses, & Incole supra proxime nominati, scienter, prudenter, & sponte, nominibus suis & aliorum Civium, Burgensium & Incolarum habitantium Gebenñ., absentium & nomine dicte Civitatis, unanimiter, communi consensu & voluntate, participato consilio, simul, & cum aliis Civibus, Burgensibus & Incolis dicte Civitatis, nemine ipsorum discrepante, Universitatem & Communitatem Gebenñ., facientes & representantes, ex eorum certa scientia & voluntate, faciunt, creant, ordinant, constituunt, & eligunt, fecerunt, creaverunt, constituerunt, & elegerunt ac ordinaverunt, eorum certos & indubitatos Sindicos, Actores, Procuratores, Negotiatores, Gestores, Nuncios speciales, Defensores, & rerum dicte Civitatis & Communitatis Administratores, videlicet discretos & providos viros, Dominum Aymonem Salanchie graduatum in ..... Petrum Gaillardi, Nicodum de Veygier, & Johannem de Jussiaco, tam presentes, quam absentes; Dantesque supranominati, suis & aliorum Civium, Burgensium & Incolarum, Habitantiumque Gebenñ. nominibus predictis, Sindicis, Actoribus, Procu-

Procuratoribus, Defensoribus, & Administratoribus constitutis, 1420.
plenam & liberam potestatem ac mandatum speciale, negotia dicte Civitatis, Communitatis & Universitatis eorumdem, & dicte Civitatis, gubernandi, exercendi, officiandi, sententiasque diffinitivas & interlocutorias contra criminosos proferendi, & ad ipsas sententias proferendas, alium seu alios, loco ipsorum substituendi, subrogandi, & committendi, qui in premissis & circa premissa, similem habeant potestatem, ipsosque substituendos revocandi, & dictum officium & potestatem reassumendi, debitaque ipsius Civitatis & Communitatis, recuperandi, recipiendi, exigendi, & de recuperatis & receptis, literam quittationis dandi, proventus, possessiones, emolumenta, obventiones, census, servitia, & alia annualia, dicte Universitati & Communitati debita, & pertinentia, ad firmam seu annualem pensionem tradendi, ita tamen, quod, si omnes ipsi quatuor in premissis & circa premissa, interesse non valeant, quod saltem duo ex ipsis interesse debeant, salvo in premissis quod dicti Sindici non possint nec debeant, levam nec collectam aliquam facere, nec aliquid de dicte Civitatis, Universitatis & Communitatis juribus, bonis & rebus alienare, nisi sit de communi consensu Universitatis predicte, vocatis Civibus, Burgensibus & Incolis dicte Civitatis, voce preconis, cum sono & pulsatione campane solite vocari magne, more solito & congregatis ad predicta. Et dicti Dominus Aymo, Petrus. Nicodus & Johannes Sindici & Procuratores constituti, promiserunt juramentis suis, ad Sancta Dei Evangelia prestitis, & sub obligatione omnium bonorum suorum, presentium & futurorum, predicta fideliter exercere negotia, gubernare, procurareque totis viribus suis, commodum & utilitatem dicte Universitatis & ejus incomodum toto posse evitare, & dictam Universitatem non relinquent indefensam, salvo semper quod uti valeant & debeant veritate, & neminem hujusmodi, administrationis & officii pretextu opprimere nec offendere, & inde de administratis legitimam reddere rationem, finito officio predicto, reliquaque restituere dicte Universitati seu

1420. Sindicis, & Procuratoribus dicte Universitatis & Communitatis, tunc pro tempore existentibus. PRETEREA dicti Constituentes, nominibus suis, & quibus supra, attendentes, quod dicti Sindici, Procuratores & Actores, non semper simul aut duo ex ipsis, commode in Causis judicialibus motis & movendis, tam contra ipsos Constituentes & Universitatem & Communitatem predictam, quàm pro ipsis, non possunt interesse, nec etiam duo ex ipsis; idcirco dicti Constituentes, suis, & quibus supra nominibus, citra innovationem premissorum, predictos eorum Sindicos, Procuratores, Nuncios speciales, & negotiorum Gestores, constituunt, faciunt, creant, & ordinant eorum Procuratores, & nuncios speciales, ad causas & in causis ipsius Universitatis & Communitatis, & quemlibet ipsorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis, nec deterior subsequentis; sed quod per unum ipsorum fuerit inceptum, per alium seu alios ipsorum, prosequi valeat, mediari, terminari, & finiri, in omnibus & singulis causis, litibus & controversiis suis, motis pariter & movendis, tam pro se, quam contra se, contra quascunque personas Ecclesiasticas & seculares, coram quibuscunque Judicibus & personis Ecclesiasticis & secularibus, quacunque dignitate & auctoritate fungentibus ordinarie, extraordinarie delegatis, subdelegatis, & aliis quibuscunque. Dantes & concedentes dicti Constituentes, suis predictis Procuratoribus, & cuilibet ipsorum, in solidum, plenam, generalem, & liberam potestatem, & speciale mandatum, pro ipsis, in judicio standi, defendendique ipsos, exceptiones, nullitates, prescriptiones dilatorias, declinatorias, fori peremptorias, anormales, & alias quascunque, proponendi, & exigendi, Judicem, recusandi, libellumque pro ipsis dandi, petendi, recipiendi, articulos & positiones porrigendi & admittendi, conveniendi & reconveniendi, excipiendi, duplicandi, triplicandi, quadruplicandi, & sic deinceps, litem seu lites contestandi, jurandique in animas ipsorum Constituentium pro ipsis, tam de calumpnia, quam de veritate dicenda, ponendi, articulandi, positionibus & articulis respondendi, testes, lite-

literas & Instrumenta, & quevis alia probationum genera, in 1420.
modum probationis producendi & exhibendi, & in eosdem Constituentes, producta, seu exhibita dicendi, opponendi, & reprobandi, Judicis officium implorandi, forum declinandi, in causa & causis predictis allegandi, renunciandi, & concluendi, jus interlocutorias & diffinitivas sententias, unam vel plures audiendi, ab ipsis & quibuscunque gravaminibus aliis, illatis vel inferendis, & quibuscunque sententiis, decretis & ordinationibus, contra ipsos Constituentes prolatis vel proferendis, appellandi, provocationes & appellationes prosequendi, intimandi, insinuandi, & notificandi, apellosque & literas dimissorias, principale debitum, & expresse, si que fuerint eisdem Constituentibus adjudicate, vel taxate, petendi & recipiendi, si necessaria fuerit ad cauthelam jurandi, & beneficium absolutionis & restitutionis in integrum, petendi recuperandi & obtinendi, nec non alium seu alios Procuratores, unum vel plures, loco ipsorum, per ipsos & quemlibet ipsorum Procuratorum substituendi, & eos revocandi, & in se onus procurationis hujusmodi, reassumendi, quotienscumque fuerit opportunum, qui substituendi, & eorum quilibet in solidum, consimilem habeant potestatem, quemadmodum dicti Procuratores ut supra constituti, dampna etiam & interesse ac gravamina petendi, & generaliter omnia alia & singula, in premissis & ea tangentia, necessaria & opportuna faciendi & exercendi que ipsimet Constituentes & Communitatem predictam representantes, facerent & facere possent, si semper presentes & personaliter interessent, etiam si exigant mandatum magis speciale. Super quibus omnibus & singulis, ipsi Constituentes concesserunt dictis suis Procuratoribus, & ab ipsis substituendis, & cuilibet ipsorum, in solidum, plenam & liberam potestatem, speciale atque generale mandatum, ita quod generalitas, specialitati, nec e contra, non derroget; Promittentes prenominati Constituentes unanimiter, bona fide eorum, & sub obligatione omnium bonorum dicte Civitatis, Universitatis, & Communitatis ejusdem, & singulorum ipsorum, quorumcunque,

1420. michi subscripto Notario, stipulanti & recipienti, more publice persone, vice, nomine & ad opus quorum interest de presenti, & interesse poterit in futurum, se ratum & firmum habituros, omne id & quidquid, per dictos suos Sindicos & Procuratores, vel eorum alterum, & substituendos, ab eis aut altero ipsorum actum, gestum, dictum, tractatum, seu procuratum fuerit in premisis, & circa premissa cum deppendentibus & emergentibus ex ipsis, nec non judicio sisti, judicatum solvi, cum suis clausulis, opportunis, universis; Relevantes & relevare volentes dicti Constituentes dictos Sindicos & Procuratores suos, & quemlibet ipsorum, & substituendorum unum vel plures, ab eis, vel altero ipsorum, ab omni onere satisdandi, Constituentes se fidejussores, & se obligantes pro predictis suis Sindicis, & Procuratoribus, & substituendis ab eis, vel altero ipsorum, erga me Notarium subscriptum, ut supra stipulantem. De & super omnibus, & singulis premissis attendendis, cum juramentis & obligationibus, ac renunciationibus, ad hec necessariis, & voluerunt dicti Constituentes, per me Notarium subscriptum, de premissis fieri publicum Instrumentum, unum vel plura, & tot quot fuerint necessaria. Data & acta fuerunt premissa Gebennis, infra Claustrum Ecclesie predicte loco solito ad actus predictos fieri, presentibus testibus vocatis ad premissa & rogatis, cum prenominatis Constituentibus, videlicet Johanne Pache, & Gerardo Gardelli.

SUBSEQUENTER anno & Indictione quibus supra, die vero decimanona mensis Maii, personaliter constituti providi viri & honesti, Dominus Aymo Salanche, Petrus Gaillardi & Nichodus de Vigier Consindici & Procuratores, Civium, Burgensium, & Incolarum dicte Civitatis, Johannes Gay, Georgius de Sancto Michaele, Johannes Gavid, Franciscus de Vigier, Johannes de Wachio, Franciscus Monachi, Nicodus de Maresto, Franciscus de Stabulo, Anthonius de Versoya, Johannes Barberii Epicerius, Jacobus de Rotulo, Johannes Servonay, Stephanus Perolerii, Petrus Pageti Macellarius Senior,

nior, Petrus Pageti junior macellarius, Stephanus Viramolini macellarius, Johannes Rayſon greator, Johannes Boni, Johanne Stephanus de Vyu faber, Anſelmetus de Fonte bourſerius, Roletus Chopini Sutor, Marmetus Criſpini piſcator, Petrus Piliodi, Johannes Manerii pellicerii, Petrus de Corberia condurerius, Marmetus Troulet ſutor, Berthetus de Quarro, Petrus Petignon ſutor, Amedeus de Nanto Notarius, Nicodus de Aeria, Oudriodus Heremite, Henricus Sermon, Jacobus de Peymes, Guigo de Curia poterius, Johannes & Jacobus de Fonte fratres mercatores, Petrus de Riomboſſon, Johannes de Strata broderius, Johannes Lombardi alias Peti., Anſelmetus Peronat Mareſcallus, Johannes Baſterii Junior, Marmetus de Wouflans, Johannes Chiclart, Petrus Peligot, Nicodus Crochart, Andruetus de Bernay, Petrus Pequolat, Petrus de Planchia, Franciſcus Bochet habitator Gebennenſis, Amedeus Petardi, & Robertus Roux Cives, Burgenſes, & Incole dicte Civitatis, & quamplurimi alii, in magna multitudine populi, concives, burgenſes, & incole dicte Civitatis, ad cridam dicte Civitatis & ſonum campane Eccleſie Gebenñ., loco publico & ſolito convocati, ut moris eſt, ibidem conſilium generale facientes ſeu repreſentantes communitatem & univerſitatem dicte Civitatis, & de negotiis dicte Civitatis tractantes inter cetera que peregerunt, volentes officium Sindicatus & Procure dictorum Domini Aymonis Salanche, Petri Gaillardi, Nichodi de Vigier, & Johannis de Juſſier, Sindicorum & Procuratorum ſuorum, in ſuo robore firmitatis, permanere, & non in aliquo derogare. Igitur ipſi Cives, Burgenſes, & Incole, cum dictis Sindicis & Procuratoribus ſuis, in multitudine predicta conſtituti ſcienter & ſponte, nominibus ſuis, & aliorum Civium, Burgenſium & Incolarum habitantium Gebenñ., abſentium & nomine dicte Univerſitatis & Communitatis, unanimiter, communi conſenſu, & voluntate, nemine diſcrepante, ex eorum certa ſcientia & voluntate, dictos Sindicos & Procuratores eorum, ut ſupra conſtitutos, tam preſentes, quam abſentes, una cum Sindicatu & officio procure eorum, ipſis 1420.

Alius denique volebat, vel invitâ Scripturâ, legere *Juranis*, à Jura vicino Monte: ſcilicet in morbo deſperato extrema quævis tentari ſolent, quanquam ne ſic quidem ſanatur, quin potiùs jugulatur æger. Mitto etiam celeberrimum aliàs * Scriptorem Hiſtoriæ Sapaudicæ referentem VTANIS, quippe quos ipſe vidit lapides, interdum feſtinans exſcripſit. Perinde conſtant ſuæ nomini literæ, ac ſi depictæ radiis Solaribus.

Quid verò tandem? VIANI, opinor, ſunt SEXTANI, brevi quâdam ſcribendi ratione, ſed Marmorariis perquàm familiari, qui, dum labori parcerent in duriſſimo lapide, ſicut Librarii vel in Chartâ facili, notis Numerorum ſeu compendiis utebantur. † Ita VI̅VIR, VI̅VIRALIS, magiſque contractâ voce, VI̅R, VI̅RALIS, IIII̅I̅IRALICIVS, *Sexvir*, *Sexviralis*, *Sexviralicius* IIIVIVM, Trivium, XI̅M, undecim, III̅I̅IINA, Sextana, aliaque paſſim exempla. Et hæc ipſa nunc ob oculos Inſcriptio, ſingulis penè verbis, novam

* Guichenon, *Hiſt. de Savoye.*

† Gruteri Theſ. Inſc. pag. 82. n. 9., pag. 418. n. 5, pag. 444. n. 3., pag. 395. n. 4., pag. 436. n. 5., Fabretti Inſcript. pag. 432. 566.

aliquam decurtandi vel contrahendi rationem exhibet, nequid mirum videatur aut alienum ſub perſonatis hiſce VIANIS ſuo etiam modo latére Sextanos.

Nec vana eſt ſuſpicio facti compendii, quum in fine Verſûs Scalptor jam anguſtus urgeretur ſpatiumque deeſſet SEXTANIS integris ſeu totidem literis: imò ſupra voculam, exeſo licet pauliſper marmore, veſtigium ſit aliquod impoſitæ lineolæ, indicium rurſus brevioris Scripturæ. Qui ſanè ductus, ut Styli ſolet eſſe levioris, plus etiam detrimenti ab annis acceperit. Attamen cùm aliquando non ita viſum fugeret, hinc factum puto de hâc Scriptione, ut Hiſtoricus de quo ſuprà, qui tum viderat recens erutam, legerit VTANIS; neque obrepſerit abſonum adeò vocabulum, niſi lineola hæc tranſverſa in VĪANIS, unà cum Jota ſuppoſito, ſpeciem quandam literæ T referre videretur.

Sextani autem fuerunt Milites Sextæ Legionis, crebrâ ſolennique appellatione, ſicut *Primani*, *Secundani*, *Tertiani* &c. apud Livium, Melam, Plinium, Tacitum alioſque ab Auguſti ævo Scriptores, etiam in Nummis & Lapidibus.

Sed Quid Sextanis cum Genavenſibus? Aut Quî factum ut in unum quaſi corpus, pariter ac nomen, coaleſcant demùm *Sextani Genavenſes?* Res eſt in promptu, etſi petenda paulo altiùs.

Jam inde à primis Imperii cunabulis, id perpetui moris erat, in Provincias bello partas Colonos deducere. Eo primùm Conſilio, ut Civibus egenis aut Militiâ feſſis Roma mater, hâc Sarcinâ gravi, levaretur. Qui cùm manuarias artes pleríque ſpernerent, cautum in otioſâ ac inopi Plebeculâ, ne ſollicitari ad res novas poſſet. Idcircò latæ tot Leges Agrariæ, quibus hæc Sentina Civitatis exhauriretur; neve revocaret amor Patriæ, non modò ſedes & rura dabantur, etiam illic Urbis Principis imago quæpiam, & qualia quotve Munia Romæ eſſent, talia propè totidemque in parvis hiſce Simulacris adumbrata. Cujus olim adminiſtrationis formam in hâc Genevâ, ipſum etiam COLONIAE nomen, vetuſta Monu-

menta

menta ſervant, partim exhibenda ſuis locis, ut occaſio ſe dabit.

Atque frequenti adeò res uſu invaluit, ut Coloniis impletæ Gentes, quaſi vinculis conſtrictæ tenerentur, nequid movere poſſent ſpe recuperandæ libertatis. Contrà, quibus Ager in alieno datus eſſet, id oneris incumberet, aut tueri partes Donantium, aut expelli demùm ſi & illi pellantur. Quo in genere laudat Tullius Majorum diligentiam, * *qui Colonias ſic idoneis in locis contra ſuſpicionem periculi collocarunt*, non tam *oppida* quàm *propugnacula Imperii.* Opportunum verò fuit, experto jam Cæſare, † *extremum Oppidum Allobrogum proximumque Helvetiorum finibus Geneva*, Clauſtrum Provinciæ, quà Rhodanus exit genitore Lemano, paratum contrà finitimos Præſidium, à quibus, maximè ſcilicet Helvetiis, ne pax quidem poterat niſi ſuſpecta ſperari.

Quin & ipſe convertendus erat ad mitiora ſtudia moreſque inquietus dudum *noviſque rebus*, ut audiebat, *infidelis Allobrox* ‡, poſitus in ipſo aditu Galliarum, juxta geminas Alpium fores Graias atque Penninas. *Id quò promptiùs veniret*, ut cum Tacito loquar, mutato tantùm nominè, *Colonia* Genevam *validâ Veteranorum manu deducitur in agros captivos, ſubſidium adversùs Rebelles & imbuendis Sociis ad officia Legum* ⊥.

Milites igitur Legionis Sextæ, expletis ſtipendiis, huc adſcripti, VIANIS GENAVENSIBUS nomen indidere, quale Coloniis Militaribus, à Legione ſimul & Loco, factum eſt, etſi nullo ferè in aliis Provinciis exemplo, præterquam in hâc ipſâ, cujus erat Geneva, Narbonenſi. Idque appellationis genus, unde etiam de Conditore noſtro judicium ferri queat, in eis tantùm Coloniis obtinuit, quas Auguſtus, vel primus deduxit, vel Emeritorum acceſſione auxit ſive renovavit. Sic apud Melam & Plinium, *Colonia Narbo Decumanorum* **, ſcilicet è Decumanis aucta, dicta etiam *Julia Paterna* in honorem Julii Patris, *Colonia Arelate Sextanorum*, pariter *Julia Paterna*; *Forum Julii Octavanorum*, Auguſti Navale; *Arauſio Secun-*

* Orat. 2. de Lege Agrar.

† Comment. de Bello Gall. Lib. I. c. 2.

‡ Horat. Epod. 16.

⊥ Annal. Lib. XII. c. 32.

** Mela L. 2. c. 5. Plin. L. 3. c. 4.

Secundanorum; *Bæterræ Septumanorum*. Etiam memorant Nummi Veteres, * *Augusti*, COL. IVLIA OCTAVIANORVM; *Tiberii*, COL. NARBO MART. DECVMANOR. *Caji Cæsaris*, COL. ARELATE SEXTAN. *Neronis*, COL. ARAVSIO SECVNDANOR. Unde ipsi Coloni dicuntur in Lapidibus, † *Sextani Arelatenses*, *Septimani Bæterrenses*, *Decumani Narbonenses*; derivando in Sobolem nomine, quod ostendit Inscriptio ævi ad summum Antoniniani,

* Goltzii Thes. p. 240. 241. 327.

† Gruter. Th. Inscr. p. 257. n. 6., p. 266. n. 7., p. 272. n. 10.

Ibid. Pag. 257. n. 6.

DIVAE FAVSTINAE
AVG.
SEXTANI
ARELATENSES

Nec, si *Sextanus* est propriè Miles, idcircò *Sextani Genavenses*, quos nunc respicit Brocchus, fuére Milites, nedum illi ipsi Veterani qui deducti pridem.

Sexta Legio plures Colonias, ut Ruscinonem addam, in Galliis peperit. Ubi nempe meruerat olim, fructum laborum indidem cepit, armisque in ligones versis eos agros coluit, quibus diu gravis & molesta priùs. Quippe toto novennio Julium Cæsarem, ad Bellum Gallicum, ducem sequuta est ‡. Quem aliquando Genevæ sua Castra, etiam stativa ⸸, habuisse constat, tum ex ipsius Commentariis, ut jam notum est, tum ex Lucano, sed sensu minùs obvio.

‡ De Bell. Gall. Lib. VIII. c. 1.

⸸ Ibid. L. I. c. 2. & c. 3.

------ *Sparsas per Gallica rura Cohortes*
Evocat, & Romam motis petit undique signis;
Deseruére cavo Tentoria fixa Lemano.

Phars. L. I. vers. 396.

Loquitur Poëta, an Historicus quo nomine meliùs audit, de Cohortibus in Pompeium evocandis, eisdemque apud Genevam locatis hactenùs in præsidio. Quæ sanè *Cohortes*, quum ad Pedestres Copias pertineant, Vulgo non benè trahuntur ad Coloniam Equestrem *Nividunum* **, dictam ab *Equitum* Turmis

** Hodie *Nion*. Nam in Itinerario Antonini & in Tabulâ Theodosianâ, *Colonia Equestris* ponitur ad Lacum Lemanum inter *Genavam* & *Losannam*. Et in veteri Notitiâ Civitat. Galliæ legitur, *Civitas Equestrium Noviodunum*.

Turmis eò deductis, imò nondum deductis, nec verò ante Cæsaris obitum. Ansam errori dedit Lapis Genevensis, qui *Juliam Equestrem* nuncupat; sed ab Augusto demùm Conditore in Patris memoriam, uti pluribus aliis Coloniis, inditum est nomen. Neque enim Julius Terram Helvetiorum, magnus etsi Gentis apud Æduos debellator, ingressus est unquam, neque in Provinciam aut ditionem Populi Romani redegit. Qui nimirùm satis habuit, modò ipsos propriis in finibus contineret, * rescisso ad Genevam Ponte munitâque Rhodani sinistrorsùm vel citeriore ripâ, *à Lacu Lemano, quà in flumen Rhodanum influit, ad Montem Juram*, per *Millia passuum decem novem* †, ut ipse ait. Quò pertinent etiam Appiani verba de Cæsare, *Muro communivit Rhodani ripam per stadia centum & quinquaginta* ‡, sive Milliaria $18\frac{3}{4}$, quot reverâ sunt propter sinuosum amnem ab hâc Genevâ, ubi Lemanus desinit, ad fauces usque Juranas, quà patet aditus ad Sequanos; hodie *le Pas de la Cluse*: ut frustrà D. Vossius aliique numeros Cæsaris, quasi *decem* vel *novem* scripsisset, sollicitare videantur.

Nec verò tam grandis hæc operis munitio suo statim præsidio nudata est, ex quo semel Helvetios, quà *navibus junctis*, quà *vadis Rhodani* ⫰, huc perrumpere conatos, Idem aditu & consilio dejecit. Quippe motus opportunitate Loci, huîc postea tutelæ *T. Labienum Legatum præfecit* **. Isthîc igitur Romani, dum metus ingrueret, in procinctu versari sub pellibus, quæ sunt illa *Tentoria* Lucani; vel subinde in Oppido nostro recreari, si & hostis quiesceret: ut etiam Poëtæ sensus satis in tuto sit, nequis iterùm Coloniam Equestrem caussetur. Atque rem ita intellexit Julius Celsus ††, dum Labienum dicit à Cæsare *missum ad Gebennam ad munitiones quas fecerat*.

Jam redeo ad Legionem Sextam. Evocata quidem contra Pompeium, Solitis tamen Stativis post Belli Civilis finem reddita videtur. Hinc fortè longâ repetitâque statione, ⫰⫰ *Sexta Gallicana* Vopisco nuncupatur. Quin & in ipsâ Sapaudiâ ali-

* Diss. de M. Butini. D. en Medecine.

† Bell. Gall. L. 1. c. 2.

‡ Διετείχισεν ὅσα περὶ Ῥόδανον ἐπὶ ποταμὸν ἐς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα σταδίους μάλιστα. In Fragment. Fulvii Ursini, c. 13.

⫰ Bell. Gall. L. 1. c. 2.

** Ibid. L. 1. c. 3.

†† *De Vitâ Cæsaris.*

⫰⫰ In *Aureliano.*

aliquando fuisse, saltem Tribunos, perhibent vetusti lapides ibidem eruti *. L. MARTIVS TAVRINVS TRIB. MIL. R. VI. VICTOR. VIVOS SIBI. Id est, *Tribunus Militum Romanorum* [Legionis] *Sextæ Victoriæ vivus sibi* [fecit]. Alius item Sapaudicus Lapis. T. POMPEIO T. F. FABIA ALBINO TRIBVNO MIL. LEG. VICTR. Sexta nimirum Legio *Victricis* aut *Victoriæ* cognomine insignata fuit, quod Augusto demùm imperante adepta videtur; duplex enim simul fuit Legio Sexta, altera *Victrix*, altera *Ferrata*.

* Guichenon, Hist. de Savoye, Tom I. p. 32. 33.

Sed Quid foras spatiamur? Ecce Domi ab omni memoriâ nobile in primis monumentum elegantioris literæ; tantæ etiam molis, ut ne suspicio quidem sit huc delati aliunde Saxi. Quod abhinc annis ampliùs CLXX. vidit Genevæ descripsitque Simeonius; manet adhuc insertum Muro Veteri †.

† Observat. Antiq. p. 93. 94.

T. IVL. T. F. CORN. VALERIANO
PATRONO COLON. IIVIR. AER. IIIVIR.
LOCOR. P. PERSEQVENDOR. TRIB. MILIT.
LEG. VI. VICTR. PRAEF. FABRV. FLAM. AVG.
PONTIFICI
IVLIA T. F. VERA PATRI OPTIMO.

Hoc est, *Tito Julio Valeriano*, *Titi Filio*, *Corneliâ* Tribu, *Patrono Coloniæ*, *Duumviro Ærarii*, *Triumviro Locorum Publicorum persequendorum*, *Tribuno Militum Legionis Sextæ Victricis*, *Præfecto Fabrûm*, *Flamini Augustali*, *Pontifici*, in hâc Urbe sepulto, cui parentat *Julia Vera Titi Filia Patri Optimo*. Nempe, Qui fuerat *Tribunus Legionis Sextæ Victricis*, Idem simul *Patronus Coloniæ*, scilicet hujus Sextanorum in qua defunctus est, *Julius Valerianus*, bono Nomine atque Omine; unde ab illo deductam fortasse Quis suspicetur. ‡ Quippe moris erat, ut qui Coloniam deduceret, Patronus esset Colonorum, talibusque initiis, quæ fuit ævi superstitio, præessent

‡ Cicero de Divin. L. I. c. 45. Vide & Lipsium not. in Tacit. Hist. L. IV. c. 53.

essent homines faustis Nominibus, qualia *Salvius*, *Statorius*, *Valerius* seu *Valerianus*, unde captaretur velut augurium aliquod salvæ, stantis valentisque in] posterum rei. Sed alia insuper ratio nostrum Valerianum respiciebat, ortu Allobrogem, Civitate licet Romanum. Quo certè Authore vel suasore Colonia ejusmodi fuerit, non pulsis, ut sæpè fiebat, veteribus Incolis; quâ de re postea dicetur.

Interea velim observes tres illos jam nobis obvios, exiguo licet in hoc Angulo & in hâc Monumentorum penuriâ, tot nimirùm Tribunos Legionis *Sextæ* ejusdemque *Victricis*. Quod si non casu factum est, utique frequentiâ aliquâ Sextanorum. Nequè adeò hîc anxiè quæsitum,

Conferet exsanguis quò se post bella Senectus?
Quæ sedes erit Emeritis? Quæ rura dabuntur
Quæ noster Veteranus aret? Quæ Mœnia fessis?

Lucan. L. I. vers. 345.

Ecc' illum Agrum, hæc ipsa Tecta jam veteris hospitii. Neque est cur aliò procul Coloni mittantur; ne scilicet idem eveniat ac Veteranis, * *Tarentum* & *Antium* adscriptis quidem, sed sine effectu, dilapsis pluribus in Provincias, in quibus stipendia expleverant, notante Tacito. † *Quippe & Provinciales*, inquit, *sueto Militum contubernio gaudebant, plerique necessitudinibus & propinquitatibus mixti; & Militibus vetustate stipendiorum, nota & familiaria Castra in modum Penatium diligebantur.*

* Tacit. Annal. L.14.c.27.

† Histor. L.2. c.80.

II.

GENEVENSES PROVINCIALES.

OPportunè jam veniunt *Genevenſes Provinciales*, prout ipſi ſe ſe vocant in Epigraphe ſingulari, quæ vix è ruderibus in lucem prodierat, cùm periit rurſus, neſcio quo fato, dolenda certè jactura. Sed vicem implebit Antiquitatis deperditæ reparator *Gruterus* *, cujus ævo adhuc extabat apud *Officinam Monetalem*.

* Theſ. Inſcr. pag. 477. n. 4.

C. VALERIO T. F. A. N.
TR. MIL. LEG. II.
PATRONO OPTVMO
GENEVENS. PROVINCIA.
B. M. P.
VIXIT ANN. LX. M. II.
DIES XVII.

Id eſt, *Caio Valerio*, *Titi Filio*, *Auli Nepoti*, *Tribuno Militum Legionis Secundæ*, *Patrono Optumo*, GENEVENS*es* PROVINCIA*les Benè Merito poſuerunt*, &c. Sic enim legendæ ſunt illæ Voces, *Genevenſes Provinciales*, à Marmorario decurtatæ; quod nuper, ut audio, etiam monebant Viri Eruditiſſimi, etſi propriam cauſam non dixerunt hujuſce appellationis.

Profectò, ne ſit *Genevenſis Provincia*, primùm obſtat natura ſermonis hujus omnium ſimpliciſſimi, qui non immutat ordinem Verborum; ſed eſſet *Provincia Genevenſis*. Quod ſiquis vanum & futile cenſeat, ego lubens accedam; quippe docebit, ſpero, quare in iſtis Monumentis Verbum, *Provincia*, ſemper præponitur Nomini proprio. Faciat experimentum

tum ope ſolius Indicis Gruteriani. At certè, quod rem ipſam ſpectat, ſi quærit *Provinciam Genevenſem*, dicam etiam liberè, Is in Orbe Romano peregrinari videtur. Perluſtra, Quæſo, varias, Imperii diviſiones, Notitias, Breviaria; Nuſquam Geneva Caput Provinciæ, Nuſquam Provincia Genevenſis. Nec modò Scriptores ſilent, ſed & conſtanti voce negant. Primùm apud illos Provincia *Narbonenſis*, cujus Geneva fuit. Dein factâ Galliarum in Septendecim minores Provincias diviſione, tandiu manente quandiu Romanum Imperium ſtetit; Provincia *Viennenſis* venit, & ſub Viennenſi ſemper Geneva, in regimine, cùm Politico, tum Eccleſiaſtico. Inſtar omnium nobis erit Notitia Provinciarum & Civitatum Galliæ. Sic habet; * *Provincia Viennenſis; Civitates numero XIII.*, 1. *Metropolis Civitas Viennenſium*; 2. *Civitas Genavenſium* & quæ ſequuntur.

* Initio Tom. I. Concil. Gall. Sirmundi.

Provinciæ itaque, ex uſu conſtanti, nonniſi magnæ regiones; Singulis ideò Proconſul aut Præſes, Vir primariæ omninò dignitatis. Magis etiam veriſimile eſt ſuo Patrono C. Valerio *Genevenſes Provinciales* hîc parentari, quod de totâ *Provinciâ* vix credi poteſt. Neque enim univerſæ Provinciæ, quantum memini, ſed Coloniæ ſingulæ, aut Civitates ut plurimùm, teſte Dionyſio Halicarnaſſenſi †, Patronos habere ſolebant, quorum ſcilicet operâ, ſiquid Romæ curandum eſſet, utebantur; ad quos etiam, ſi diſſenſio foret veteres inter & novos Colonos, ſæpenumero Senatus cauſam omnem deferebat ‡.

† Dionyſ. Hal. L. 2.

‡ Cicer. Orat. pro Sylla.

Quonam verò tandem loco nobis erunt Genevenſes *Provinciales?* Quandoquidem tali diſtinctos cognomine ſe volunt, ad alios proculdubio reſpiciunt Colonos, jam poſitis ædificiis fixiſque Laribus pariter *Genevenſes*. Alioqui cauſæ nihil eſſet, cur hîc Genevæ, in Patrio ſolo, priores illi hoc ſibi Provincialium nomen induerent; quod nomen, ſi verti vitio non debet, profectò minùs eſt honorificum. Quam primùm igitur, à deductâ Coloniâ, *Sextani Genavenſes* audiunt, tum etiam diſcriminis cauſâ, *Genevenſes Provinciales*, hoc eſt,

veteres incolæ, vel ex ipsâ Provinciâ oriundi, vel quibus saltem domicilium hîc loci jam erat. Quippe *Miles* & *Provincialis* ad sese mutuò referuntur, ideò sæpiùs conjunctæ voces. Sic Plinius Trajano, * *Præiimus*, inquit, *& Commilitonibus jusjurandum more solenni præstantibus, & Provincialibus, qui eâdem certarunt pietate, jurantibus.* Ubi *Commilitones* Plinii sunt Legionum Milites Præsidiarii, *Provinciales* verò ipsi Nicomedienses cæterique Bithyni. Pariter Tacitus †; *Provinciales sueto Militum contubernio gaudebant.* Suetonio ‡ Caligula dicitur *exoptatissimus Princeps maximæ parti Provincialium ac Militum.* In Ancyrano Marmore gloriatur Augustus se à PROVINCIALIBVS agros emisse quos adsignaverat Coloniis MILITVM ⟊. Item Claudius Imperator apud Tacitum **; *Specie deductarum per Orbem Terræ Legionum, additis Provincialium validissimis fesso Imperio subventum est.* Et sexcenta id genus loca; adeò sibi mutuam præstant & lucem & opem *Sextani Genevenses* & *Genevenses Provinciales.* Illi quidem priùs *Sextani* nomine quàm Genavenses, propterea Sextani *Genavenses* ab ipso loco cognomen habent, ut in aliis Coloniis, Sextani *Arelatenses*, Septimani *Bæterrenses*, Decumani *Narbonenses.* Hi verò nomine Genevenses, antequàm *Provinciales* dicti, vice versâ Genevenses cognomine *Provinciales* nuncupantur. Quod, uti rationem habet, vel insuetis auribus consonaret. Aliud enim in sensu habent *Provinciales Genevenses*, aliud *Genevenses Provinciales.* Illi distinguuntur tantùm à cæteris in genere Provincialibus, qui sunt, verbi gratiâ, Viennæ. Nostri verò distinguuntur speciatim à cœteris vel etiam Genevensibus, tanquam Indigenæ ab Advenis.

* L. X. Ep. 52. & alibi passim.

† Hist. L. 2. c. 81.

‡ *Vita C. Calig.* c. 13.

⟊ Gruter. Inscr. pag. 231.

** *Annal.* L. XI. c. 24. Vide & Grut. *Inscr.* p. 281. n. 10. Fabretti *Emend. Grut.* p. 2. Sulp. Sev. *Hist.* L. 2. c. 48.

Ergò, quod insigni hoc Monumento liquet, utcunque commoda Sextanorum à fortunis Genavensium Provincialium sors ipsa diviserit, eâ tamen fuit animi moderatione & æquitate, Quisquis huc Romanos Colonos invexit, ut non alteros dimovisse sed utrosque constituisse videatur. Nisi fortè Nonnullis, qui nondum benè animati in Rempublicam crederentur,

Abstulerit Patrias Pertica tristis opes.

Et

Et verò, quod ait Siculus Flaccus *, *non omnibus personis victis ablati sunt agri; nam quorumdam dignitas, aut gratia, aut amicitia Victorem Ducem movit, ut eis concederet agros suos.* Imò de suis Coloniis Augustus, fortean hujus Author, certè plerarumque in Galliâ Narbonensi, sic loquitur in Marmore Ancyrano. † *Quod pro agris Provincialibus solvi, id primus & solus omnium qui deduxerunt Colonias Militum in Provinciis, ad memoriam ætatis meæ feci.* Quo etiam respicit Hyginus; ‡ *Multis Locis Conditores universum locum coëmerunt; multis malè meritos fundorum possessione privaverunt, ubi tamen concessum est aliquid gratiæ.* Maximè verò sese Nostri commendant, qui nullo tum belli jure pellendi essent. Pacati pridem Romanis; quin & aliquando Socii, quum Helvetius in armis ad Portas erat, ⸸ neque *persuasi* neque *vi coacti ut per* suum Oppidum *ire paterentur.* Etiam adjutores postea, quum adversus eundem cæterosque penè omnes rebellantes Gallos **, *crebris ad Rhodanum dispositis Præsidiis, magnâ cum curâ & diligentiâ suos Fines* rursus *tuentur.* Romani vicissim cum illis in hac Agraria lite benè agere, non in fortunas eorum irrumpere, non audiri voces

----- *Hæc mea sunt, Veteres migrate Coloni.*

Neque ex adverso querelæ, quales illæ Mantuanorum & Cremonensium cum vitæ periculo.

Impius hæc tam culta novalia Miles habebit?

Vel si habuit, magnam enim partem vix ambigitur, pensatum est alicunde, quò daretur mercaturis faciendis, sin minùs agris colendis, honestè rem quærere patriisque frui commodis.

Nec parùm Clientes suos ac Conterraneos adjuvit consilio vel authoritate *Caius* noster *Valerius*, qui Primordiis hisce aut adfuit, aut quamproximus, non uno indicio, videtur. Tum sanè Genavensibus indigenis, si aliàs unquàm, Patrono sibi suo ac defensore opus erat, in hoc, inquam, rei agrariæ tumultu, penè latrocinio, quum fortunæ omnium in ipsum discrimen, quò vocabantur, venirent. Haud ignarus mali, vix alius aptior erat miseris succurrere; Civitate quidem Romanus, ex

* Lib. de *Condition. Agr.* p. 16. Edit. Goës.

† Gruter. *Inscrips.* p. 231. & in *Antiq. Asiatic.* D. Chishul.

‡ Lib. de *Limit. Const.* p. 195. Ed. Goës.

⸸ Cæs. de Bell. Gall. L. I. c. 2.

** Ibid. L. VII. c. 12.

Virgil. Ecl. IX. vers. 4.

Ibid. Ecl. I. vers. 71.

ex inclytâ tamen in hoc Tractu Gente, variis Titulis nobilitatâ, quæ & Vico proximo hodieque dicto *Valerii* fortasse nomen fecit. Agnatus fuit seu Gentilis, de quo jam dixi, *Julius Valerianus*, alter, sed *Coloniæ* sive Sextanorum, *Patronus*; cujus, propter aliquam adoptionem in Gentem Juliam, hinc est de more nomen *Julii* cum *Valeriani* cognomento. Ut ut sit, ad illum redeo, quem nunc lugent amissum Genevenses; quem certè dum honorant publico funere, memoriam simul beneficiorum hoc Monumento consignant, an altiùs mentibus insculpunt. Quod incolumes ab hâc procellâ Sextanorum, quod Patriæ redditos jam portus delectaret; sive afflictis tempestate rebus quod Præsidii, vel emergentibus quod Adjumenti fuit; acceptum *Patrono Optumo benè merenti*, si non id omne, quadantenùs saltem referre volunt; brevi quidem neque fucato in ostentationem Titulo, ita & antiquioris Styli, sicut Ævi; quod ex aliqua notatione temporis mox elicietur.

Etsi verò Populis victis concessum aliquando, ut, si vellent, numero Colonorum adscriberentur, vix quicquam tale suspicari de Nostris licet; quippe quod *Provinciales* sese dicunt, eo ipso à cœtu Sextanorum sive corpore Civitatis secreti omninò videntur. Itaque locum habuerit dictum Hygini †. *Quos Dominus in possessionibus suis manere passus est, eorum conditionem mutasse non videtur. Nam neque Cives Coloniæ accedere jussit.* Scilicet propriis ipsorum legibus atque institutis, uti cæteros Allobroges, reliquit; quum aliàs Coloni Romano Jure uterentur.

† Lib. de *Limitibus constituend.* p. 208. Edit. Goës.

Neque tamen diu mansit quicquid discriminis hoc erat, discordiis aptum Litibusque, quibus Patroni sæpiùs, ipsi etiam rerum Domini, fatigarentur. Et verò, cur ita credam, hæc demùm impellit ratio. Nempe Julius Vindex, concitatis in Neronem, quod exactionibus exhaurirentur, Galliis, Imperium Galbæ obtulerat; qui, quum non renuisset, Gallos omnes beneficii memor Romanâ Civitate donavit. Expressè Tacitus *, *Galliæ*, inquit, *super memoriam Vindicis obligatæ recenti*

* *Hist.* L. 1. c. 8.

centi dono Romanæ Civitatis & in posterum tributi levamento. Refert quoque, etsi culpat Plutarchus. * *Visi enim illi*, Loquitur de Gallis, *non Principis benignitate, sed pretio emisse à Vinnio remissionem tributorum & Civitatem.* Jamdiu Primores Gallorum jus illud adepti; sed Ecce diffusum in universos, ut quovis ântea modo præcellerent Sextani Provincialibus, utrosque Romana demùm hæc Civitas æquaret, eisdem nexos Legibus, Judiciis, Moribus, Institutis simul coadunaret. Nemo Genevensis deinceps, respectu saltem *Sextanorum*, *Provincialem* se dixit, quod est ipsum per se nomen minoris dignitatis aut prærogativæ. Non ampliùs inter se Hospites sub eodem Tecto; sed Alteros Geneva communis Mater, exemplum sequuta Dominæ, pari studio amplexa est ac fovit, Cives habuit & ornavit. Læta velut Arbor insitione aucta *si ramum ramus* adoptet, Amborum consensu & charitate sic una Respublica feliciter coaluit, quæ nomen à potiori parte retinuit *Sextanorum Genavensium*, translatum etiam ad Posteros. Tandem quum obsolescerent jura Coloniarum, ex quo præsertim Civitatem Romanam Caracalla Populis omnibus dedit; *Civitas Genevensium* audire cœpit, quemadmodum in aliis Coloniis *Civitas Viennensium*, *Civitas Deensium*, *Arelatensium* &c. uti nec aliter vocat Notitia Provinciarum & Civitatum Galliæ, scripta demùm Imperante Honorio †.

* Vita Galbæ.

† Præmissa T. I. Concil. Gall. Sirmundi.

Itaque, ut me colligam, Galbâ jam Imperatore paulo saltem vetustior est cum suis Provincialibus C. Valerius, qui & ipse obierat sexagesimo jam ætatis anno. Rursùs à Galbâ, si retrò numeres, ad Augustum, quo nec antiquior est hæc Colonia, sunt anni quinquaginta quatuor. Ergò, si desiit sub Galba *Genevensium Provincialium* appellatio, nec verò ante Augustum inierit, nata nimirum ad discrimen *Sextanorum*; quicquid hoc est interjecti spatii sic Valerius occupavit, ut suis opitulari Patronus potuerit, etiam in ipsis nascentis Coloniæ cunabulis, utrum sit conditor Augustus, an aliquis alius proximè succedentium. Nec sanè quicquam repugnat huic rationi, quantum ex Monumento Valerii vel aliunde erui potest.

test. Primus Gentis Caburius, à Caio Valerio Flacco Rectore Provinciæ, anno Romæ, conditæ 670.*, propter fidem & merita, civitate donatus, pro more *Caii* prænomen assumpsit atque unâ *Valerium* nomen, quod in Posteros derivavit. Cujus quidem C. Valerii Caburii filius esse non potuit Caius noster, dictus *Titi filius*, *Auli nepos*, quæ sunt prænomina Virorum jam Romanorum. Sed potuit esse pronepos, ut ante Augusti obitum sive annum Urbis conditæ 767. virilem jam ingressus ætatem, Patroni munere fungeretur, adeóque sexagenarius è vivis excesserit Imperante Tiberio; vel si Abnepos tantùm, Claudio demùm aut Nerone; siquidem infra Galbam non licet excurrere.

* Cæs. Bell. Gall. Lib. I. c. xi.



III.

III.

LACUS DONO DATI.

A JULIO BROCCHO.

TRanſeo nunc ad Fontes, Aquæ ductus, Caſtella, Salientes, Lacus; quorum propter uſum nulla Colonia caruiſſe videtur. Inſcriptio jam memorata ſpeciatim LACVVS exhibet, quos Julius Brocchus vIanis *Genavenſibus* DAT, variè à Viris eruditis, nec benè, ni fallor, acceptos hactenus.

Sponius Aliique intelligunt Lacum *Lemanum* & qui ſunt in viciniâ. Equidem dictum Liberaliter, eóque plus etiam probatione indiget. Vellem rurſus magis aperuiſſent, quos ille LACVVS DAT. An præter Lemanum etiam *Annecium?* Sed Quidni vicinum inſuper, qui *Burguli* dicitur? Quidni & illos quoque *Eburodini*, *Morati*, *Biennæ* &c. Lemano pariter circumfuſos omnes? Et dum creſcit ſine fine numerus, Quo tandem modo definietur? Num quotquot ſunt in Helvetia & in Sapaudia circùm? Dat certè benè multos. An quotquot in Agro Genevenſi? Dat nullos, ne Lemanum quidem ipſum, in quem plus juris eſſet. Nec verò unius Agri finibus iſte Lacus coërcebatur, ſed & alii quoque Populi adjacebant, Coloni Equeſtres, Helvetii, * Nantuates, ne dicam † Veragros.

* Le Chablais.
† Le Bas-Valais.

Porro, ſi Genavenſium proprius fuiſſet hâc donatione Lacus Lemanus, ægrè dici poteſt quâ de cauſâ deinceps in Tabulâ *Theodoſianâ*, quæ poſterior eſt, *Lacus Loſannenſis* diceretur. Etſi verò ſuum quoque nomen Geneva indidit, id factum eſt longè ſequiori tum demùm ætate, quum ipſa Urbs præ cæteris adjacentibus inclaruit, collapſo jampridem Romanorum Imperio. Nemini ſanè Veterum, licet ſexcenties veniat, *Lacus Genevenſis* dicitur, natâ poſtremis ſeculis appellatione, atque obliteratâ dudum, ſi qua tamen fuerat, dona-

 tionis

tionis memoriâ, quæ omnis ex ſolo, quem tractamus, lapide hauſta videtur.

Obſtat etiam donationi Jus ipſum Romanum, quo Maria, Flumina, Lacus, ii maximè qui ſpeciem Maris habent, inter publica nulliuſve propria cenſebantur, ſed quibus uti promiſcuè Quivis poſſet. Atqui ſi Lacus Lemanus *Genavenſium* proprius hoc titulo fuiſſet, non ampliùs ergò publicus cæteris accolis, niſi quantum per Noſtros licuiſſet, ne *Colonis* quidem *Equeſtribus* patuiſſet ad navigationem, piſcationem cæteroſque ad uſus. Quod à Romanâ conſuetudine, quàm ſit alienum, brevi palam fiet. Eſto tamen: donaverit iſte Brocchus Lemanum vicinoſque lacuus. Quo, quæſo, jure? An, quod proprius ipſe Dominus eſſet? Nemo ita ſentiet de Tribuno Militari; neque verò in altiori gradu fuit; neque, ſi Julii nomen præ ſe fert, ideò fuit de ſtirpe Cæſarum, tametſi pronuntiat Sponius. Quot enim vel infimæ ſortis, qui nil præter nomen habuerunt? Ecce de multis unus, in hâc Urbe, *C. Julius Cæſar Longinus*, ex ſervo *Libertus*. Num igitur Brocchus, & hoc quidem volunt, *nomine Imperatoris* aut *Populi Romani* dedit? Mirum ſolennem adeò Formulam omitti prorſus in hoc ſcripto, aut, ſi Procurator tum Cæſaris vicem egerit, non apponi hunc titulum minimis illis quos longâ ſerie dinumerat. Ut verbo dicam; quicquid ille dat, dum ſimpliciter & ſuo nomine *dat*, id de ſuâ re dare cenſetur, aliud proinde quàm Lemanum & circumjacentes *Lacuus*.

Parcior eſt altera ſententia, quæ *dominium* aut *proprietatem* ab *uſu* diſtinguit, & per LACVVS intelligit, bipartito verbo, Lemani LACV*s* VS*um*. Nemo ſanè negabit plura ſæpè vocabula coïre ſpecie tenus in unum abſque ullâ interpunctione. Fateor tamen tria tantùm apparere in hoc ultimo verſu, GENAVENSIBVS LACVVS DAT, diſtincta ſuis intervallis. Nec verò quenquam morabitur, quod LACVVS ſcribatur duplici V, quum longa vocalis interdum in antiqua Scriptura geminari ſoleat, ut ARBITRATVV, DOMVVS. Etiam LACVVS exhibet Inſcriptio Beneven-

neventi, ubi agitur de Lacubus ipsis, non de Lacûs usu *.

Verùm non solùm hîc quæstio est de modo legendi, quasi vel in uno puncto omnis rei cardo versaretur; etiam de *usu* ipso, non minùs quàm de *dominio*, intercessio objicitur. Utrum quod optes, sive hoc an illud, neutrum Brocchus concedere potuit, nullâ gerendæ rei instructus potestate. Qui sanè si Legatus cum mandato fuisset, Titulum præ se ferret ad firmandam donationem; neque suo tantùm nomine, Lacum ut fruendum daret, sed ex Populi Romani aut Imperatoris voluntate & beneplacito, quod aliàs fieri solet, in Tabula declararet.

Quid tum, si *Lacûs usus*, quo usu maximè navigatio, piscatio, riparumve usus intelligitur, jam beneficio Legum, imò jure Gentium, communis omnium esset? Unde Justinianus ait †; *Flumina autem omnia & Portus publica sunt.* Ejusdem verò sortis *Lacus* fuisse, cùm res ipsa suadet, tum Edictum illud perpetuum, ‡ *Ut in Flumine publico navigare liceat*, item *per Lacum*, *Fossam* &c. Quæ autem Navigationis, eadem Piscatûs erat ratio, ut communis olim maneret omnibus, qui saltem Imperio parebant, quum nondum inter *Régalia*, quæ hodie vocant, censeretur. ‡ *Ideóque*, subjicit Justinianus, *Jus Piscandi omnibus commune est in Portu Fluminibusque.* Pariter Ulpianus; ** *Est sæpissimè rescriptum, non posse quem piscari prohiberi* &c. *Usurpatum tamen hoc est, tametsi nullo jure, ut Quis prohiberi possit ante ædes meas vel prætorium meum piscari. Quare siquis prohibeatur, adhuc injuriarum agi potest. In Lacu tamen qui mei dominii est, utique piscari aliquem prohibere possum.* Excipit tantùm privatos lacus sive piscinas *mei dominii.* Publicos illos, longè Latéque diffusos, qualis Lemanus aut certè nullus erit, illos, inquam, qui non alicujus privati fundi finibus includebantur, planè liberos relinquit; adeò quidem, ut siquis ante alienas ædes piscari prohibeatur, adhuc injuriarum dicat agi posse. †† *Riparum quoque usus*, teste Justiniano, *publicus est jure Gentium, sicut ipsius Fluminis.* Quare aliud sibi voluit Brocchus

Ddd 3 quàm

* Grut. Inscript. p. 106. 204. & alibi passim. Fabretti *Inscr. Antiq.* cap. 9. §. 72.

† Instit. Lib. 2. Tit. 1. §. 3.

‡ Digest. L. XLIII. Tit. 14. initio.

‡ Loco citato §. 3.

** Digest. L. XLVII. Tit. 10. leg. 13. §. 7.

†† Instit. L. 2. Tit. 1. §. 5.

quàm LACVs VSum, qui, quum esset omnium accolarum communis, nonne & supervacanea Genavensibus concessio foret? Nihil profectò juvasset aliquos gratia tanquam singularis, ubi Jus publicum ex æquo favebat omnibus.

Expensis Virorum doctorum sententiis, liceat quoque meam alieno examini subjicere. In genere *Lacus* quodvis est aquæ receptaculum, sive magnum, sive parvum. Propriè verò vulgarique Sermone, id de Fonte accipiebant, in quo Labrum aliquod foret, quod aquam per Tubulos intùs exciperet atque contineret in privatos Civium usus. Qui Lacus adeò frequentes ut nihil frequentius, & Romæ plus quàm mille trecenti fuerunt. Unus *Agrippa in ædilitate sua*, Verba sunt Plinii *, *adjectâ Virgine aquâ, cæteris corrivatis atque emendatis, Lacus DCC fecit, præterea Salientes CV, Castella CXXX.* Post hunc Claudius, Suetonio teste †, *rivum Anienis novi lapideo opere in Urbem perduxit, divisitque in plurimos & ornatissimos Lacus.* Commendat utilitatem rei ac dignitatem Plebiscitum de pœnis eorum, ‡ *qui rivos, specus, fornices, fistulas, castella, tubulos,* LACVS *aquarum publicarum quæ ad Urbem ducuntur*, violaverint. Aqua nempe vel *rivus* è *Specu* per *fornices* & *fistulas* ad varia *Castella*, hinc per *tubulos* in *Lacus* & *Salientes* dividebatur. Aliud quippe *Saliens*, aliud *Lacus*. Aqua ex illo desuper in Concham cadebat; Lacum verò intùs subibat aqua donec exuberaret. Utrosque signa & columnæ ornabant. Priscis autem Reipublicæ temporibus, ex solis Lacubus aqua petebatur, ac Lege cautum, ‡ *Nequis privatus aliam ducat quàm quæ ex* LACV *humum accidit*, hoc est, quæ ex Lacu abundaret atque è Labro per foramen exiret. Postea gratior fuit è Salientibus sumpta, ac in Lacubus jumenta potabant, lintea & sordes abluebantur. Confusi tandem in unum Lacus †† & Saliens, ita verò ut nomen ipsum Lacus retineret, atque Saliente & Labro sive Conchâ, tanquam parti-

* Plin. Hist. nat. L. XXXV. 15.

† Suet. vita Claudii. c. 20.

‡ Frontin. de *Aquæductibus*, Lib. 2.

‡ Frontin. de *Aquæduct.* Lib. 2.

†† Frontinus ibidem; *Lacus tam novi quàm veteres plerique binos Salientes diversarum aquarum acceperunt, ut si casus alterutram impedisset, altera sufficiente non destitueretur usus.*

partibus totum, constaret. Hinc apud Sext. Rufum * & P. Victorem, qui Valentiniano & Valente Impp. Urbis Romæ loca sigillatim recensuerunt, creberrima fit mentio *Lacuum*, nulla Salientium, qui tamen reipsâ fuerunt, sin minùs nomine.

Nil mirum itaque, si in Coloniis vel Oppidis quæ linguâ moribusque Romanis uterentur, *Lacus* etiam fuerint, quos ipsa satis suadet utilitas. Sic Beneventanum Marmor, quod huic rei claram lucem adfert †.

* Ad calcem libri I. de *Republ. Rom.* Onuphrii Panvinii.

† Fabretti *Inscript. Ant. cap.* 9. *Inscr.* 72.

C. ENNIVS M. F.

C. BERGONIVS Q. F.

AED.

VIAM STRAVERVNT

ET LACVVS FECERVNT.

Dicuntur AED*iles*, non dedisse LACVVS, sed *fecisse*, quia fortè de pecuniâ publicâ. Similes quoque in hâc Genevâ Brocchus, sed suis sumptibus, fecit; alter nobis Agrippa, quum esset *Triumvir Locorum publicorum persequendorum*, quæ dignitas propè ad Ædilem accedit. Ideò, quos suis sumptibus fecit, VI*anis Genavensibus Lacuus dat*, adtextoque structuræ Operis hoc ipso monumento, ratam fixamque vult donationem; etiam, uti sunt hominum ingenia, præsertim illius ævi, gloriam & nomen sibi quærit in posterum. Penè omiseram similem aliam Inscriptionem ‡.

‡ Gruter. Inscr. pag. 182. n. 6.

L. GRAVIVS SEIO

LACVM IMPENSA

SVA FACTVM DEDIT

DONAVIT.

Ejus-

Ejuſmodi ſanè literati lapides, niſi merum Votum vel quidpiam id genus præſtant, ædificii ſive ſtructuræ alicujus, quæ jam periit, indices olim & appendicula fuerunt; quod factitios planè LACVVS arguit. Aliàs, ſi nativos intelligeret Brocchus; Lemanum, & quos alios vellet, diſertè nominaret ſinguloſque recenſeret. Neque enim aliâ ratione ſciri potuit, quot & quoſnam ille daturus eſſet. Factitii verò Lacus nomen nec habent nec poſtulant, quum Inſcriptio operi adplicita rem ipſam dono datam tanquam digito monſtraret. LACVVS autem numero plurali dicit, ſicut Beneventanus Lapis plures etiam teſtatur in eodem Loco, in unâ nempe ejus Urbis viâ poſitos.



ENQUE-

ENQUÊTE CONTRE UN EVÊQUE (a) DE GENEVE:

Contenuë dans un vieux Rouleau de Parchemin, dont l'Ecriture paroit être du tems même que l'Enquête fut faite.

MAgister Aymo Canonicus Gebennensis Juratus Rogatus de primo articulo dicit quod * Episcopus multo tempore non predicavit, sed tandem in hoc se emendavit quod vocavit aliquos de Fratribus Predicatorum qui predicarent per Diocesim, sed non sufficit quia non continuatur. Rogatus

* Pierre de Sessons.

(a) La Piece est sans date, & l'Evêque n'y est pas nommé. On ne laisse pas d'y reconnoitre à plusieurs marques PIERRE DE SESSONS, qui siegea depuis l'Année 1213. jusqu'en 1219.

I. L'Evêque y est regardé comme le Successeur immédiat de Bernard Chabert. Plusieurs des 16. Témoins qui déposent, tous Chanoines du Chapitre ou Ecclesiastiques du Diocese, y comparent sa conduite avec celle de son Prédecesseur, qualifié tantôt *Magister Bernardus*, parce qu'il étoit en effet Docteur en Théologie, tantôt *Ebronardunensis Episcopus Prædecessor suus*, parce que Bernard avoit été transferé à l'Archevêché d'Ambrun. Il étoit encore Evêque de Geneve sur la fin de l'An 1212. par la *Lettre* 191. *L. XV. d'Innocent III.* & même dans l'Année suivante, selon un Acte cité par Guichenon, *Hist. de Bresse*, *Part. II. p.* 26. Le Chapitre de Geneve, pour remplir le Siege vacant, jetta les yeux sur Louïs de S. Claude, qui par un motif de conscience, à cause d'un vœu qu'il avoit fait, n'accepta pas son élection, [*Epist.* 93. *L. XVI. Innocent. III.*] & vers le milieu

tus an Ecclesias consecrat, ordines celebret, plebes confirmet? dicit quod sic sed de Confirmatione dicit quod aliquos confirmat, aliquos obmittit tedio affectus. Rogatus an Confessiones recipiat? dicit quod non, per se verum etiam aliquando

milieu de 1213. Pierre de Sessons fut élû. Louïs de S. Claude, n'ayant fait aucune fonction d'Evêque, est omis dans le Catalogue de Mrs. de Ste. Marthe. Mais ils se sont trompez, lors qu'ils ont mis, entre Bernard Chabert & Pierre de Sessons, un *Humbert II.* inconnu d'ailleurs. La Lettre même d'Innocent III. qu'ils alleguent, fait voir qu'ils ont pris cet Humbert, *Prêtre de Bezançon*, pour un Evêque de Geneve. Elle s'adresse, *Gebennensi Episcopo & dilectis filiis Abbati de Abundantia & Priori de Condamina*, *Gebennensis Diocesis*; & commence ainsi, *Dilectis filiis Humberto, Stephano & Petro Presbyteris Bisuntinæ Diocesis denuntiantibus &c.* Ils ont crû que ces 3. noms étoient ceux des 3. Personnes de l'Adresse, sans considerer la suite ni la date, *XVI. Kal. Dec. Pontificatus nostri anno XIV.* qui est l'année 1211., & qui montre que cet Evêque de Geneve devoit être Bernard Chabert. Le Pape le charge d'une Enquête contre l'Archevêque de Bezançon; & dans un Diplome pour examiner les délateurs, publié par Chifflet (*Vesontio*, *pag.* 255.) & daté de Bezançon l'Octave de S. Matthieu 1212. le Commissaire s'y nomme, *B. Gebennensis Episcopus*, c'est-à-dire, nôtre Bernard. Il est donc vrai, que Pierre de Sessons étoit son Successeur immédiat, à parler proprement & selon la comparaison qui se fait ici de l'Administration de l'un avec celle de l'autre; puis-que Louïs de S. Claude n'avoit jamais gouverné l'Eglise.

II. Il est dit de l'Evêque accusé, qu'il avoit assisté au Concile de Bourges, *Concilio Bituricensi*. L'Année 1215. durant le Siege de Pierre de Sessons, il y eut à Bourges * un Concile, dont les Evêques appellerent au IV. Concile géneral de Latran, assemblé bien-tôt après sur la fin de cette même année, nommé dans cette Enquête le *Concile géneral* ou simplement *le Concile* par excellence, comme étant le dernier, tenu depuis peu, & qui par ses Croisades contre les Albigeois & les Infidelles, mettoit alors tout le monde en mouvement. Les Commissaires font toûjours un Article à part, de la *Lecture publique* & de l'*Observation* de ses *Statuts*. Leurs Interrogats sur la *Chasse*, même celle des *Oiseaux*, sur les *Habits trop courts*, les *Chapes à manches*, les *Lacets d'argent* &c., se rapportent visi-

* *Harduini Concilia ad Ann.* 1215.

do requisitus ab aliquo in Decanatu de ultra Rodanum, ut audiret ejus confessionem, viliter respondit ei dicens tyrot, tyrot, sicut audivit à Decano loci sed dicit quod aliquando mittit penitentes ad alios Sacerdotes quos credit ad hoc sufficientes. Rogatus an visitet Ecclesias ut videat si honeste

visiblement aux Décrets 15. & 16. de ce Concile, qui défendoit tout cela aux Ecclesiastiques.

III. Il y est parlé d'un dessein de l'Evêque, à quoi le *Légat Bertrand* & l'Archevêque de Vienne s'étoient opposez. Ce ne fut qu'en l'année 1217. qu'Honorius III. envoya Bertrand son Légat, contre les Albigeois; comme il paroit par les Lettres de ce Pape, citées dans les *Annales de Raynaldus*, sur l'Année 1217. §. 52. L'Enquête se fit donc en 1218. au plûtôt, ou en 1219. au plus tard, puis-qu'Aymon de Granson, successeur de Pierre de Sessons, étoit Evêque de Geneve, le 9. Octobre 1219. par un Acte fait alors à *Disenguiez* entre lui & le Comte de Genevois.

IV. L'Evêque, de tems en tems, *depuis 5. ans*, selon deux Témoins, & *depuis 4. ou 5. ans*, selon un troisieme, *faisoit venir des Freres de l'Ordre des Prédicateurs*, pour prêcher & pour confesser dans le Diocese. L'Ordre fut autorisé & confirmé en 1215., & la Regle choisie en l'année suivante. Voyez Raynaldus sur 1215. §. 17. & 1216. §. 48. Ainsi l'Enquête seroit faite au plûtôt en 1219. Ces Religieux, à ce qu'il paroit, n'étoient pas encore domiciliez dans Geneve; ils l'étoient pourtant déja en 1268. de même que les Freres Mineurs, comme il se voit par le Testament de Pierre Comte de Savoye, dans Guichenon, Hist. de S. Tom. II. pag. 76.

V. Le premier Témoin dépose, que l'Evêque avoit *conferé le Doyenné d'Annecy à Thomas, Fils du Comte de Savoye*, & qui n'avoit pas encore l'âge compétent. Or le Prince Thomas, né l'an 1199. *destiné à l'Eglise*, [comme dit Guichenon, T. 1. p. 299.] mais qui devint ensuite bien plus illustre dans le Monde, n'auroit eu que 20. ans en 1219.

VI. Innocent III. & le Concile géneral de Latran avoient ordonné de lever le vingtieme de tous les revenus Ecclesiastiques *pour le recouvrement de la Terre Sainte.* Mais Honorius III., sous prétexte *que peu de gens se croisoient en* certaines *Provinces,* nommément *dans la Viennoise*, (où étoit Geneve,) ordonna que *ce Vingtieme y seroit employé uniquement pour l'affaire des Albigeois;* sa Lettre raportée par Raynaldus, est datée du 5me. Septembre 1218. Or l'Enquête parle d'une *le-*

ſint, & altaria decenter ornata, & ſi Sacerdotes debitum officium debita honeſtate perſolvant? dicit quod non credit quod ſit diligens circa hec. Rogatus de ſecundo articulo an juſtitiam faciat conquerentibus & cauſas teminet debito modo? dicit quod aliquando circa hec negligens fuit, ſed de

vée annuelle, que l'Evêque avoit déja faite ſur ſon Clergé, *pro negocio Albigenſium.* Le tems tomberoit donc au plûtôt, & juſtement, en l'année 1219.

A tous ces Caractères, qui déſignent le tems & la Perſonne de Pierre de Seſſons, on ne peut oppoſer qu'une circonſtance, qui peut-être obligeoit M. Jaques Godefroi d'entendre Nantelin, c'eſt qu'un Témoin, Chanoine du Chapitre, & Doyen de Siſeri, dit avoir vû l'Evêque, *depuis dix ans*, recevoir lui-même les confeſſions, ou les renvoyer aux Chapelains. Mais, outre qu'un autre Témoin ſe reſtraint à 8. années, il peut arriver aiſément que 6. ou 7. ans paſſez, qui ſont tout le tems que Pierre de Seſſons avoit ſiégé, ſe confondent avec 10. années dans la bouche d'un Témoin qui ne parle que par mémoire. Tout ce qu'on en peut conclure, c'eſt que l'information ſe fit très peu de tems avant le Traité du 9. d'Octobre 1219. fait par ſon Succeſſeur Aymon de Granſon avec le Comte de Genevois. Ce Traité ſe lie en effet avec les Evénemens rapportez dans l'Enquête, & ſembleroit n'être que l'exécution d'un Projet formé ci-devant par Pierre de Seſſons. Le Comte de Genevois avoit été mis ſous l'interdit, à cauſe d'un Mur qu'il avoit conſtruit au Château de Geneve; & l'Evêque avoit commencé de lever cet interdit; c'eſt dequoi ſe plaint le premier Témoin, Chanoine du Chapitre. Mais le Traité ſuivant, fait par Aymon de Granſon & du conſentement de l'Archevêque de Vienne, léve juridiquement l'interdit & laiſſe pourtant ſubſiſter le Mur; ce qui tendra à juſtifier Pierre de Seſſons, contre les bruits répandus alors, comme s'il trahiſſoit les interêts de ſon Egliſe.

Les 16. Témoins ſont interrogez ſur 13. Articles, qui concernent l'Adminiſtration *Spirituelle* & *Temporelle.* On ne connoit point les Juges, qui furent choiſis par Honorius III.; car on ſait d'ailleurs, que le Pape ordonnoit les informations. Elles étoient ſi fréquentes, ſur tout depuis Innocent III. ſon prédeceſſeur, que l'Evêque Bernard Chabert, en moins de 4. ou 5. ans, fit trois fois les fonctions de Commiſſaire; & quoi-qu'il eût été Chancelier de l'Univerſité de Paris,

de novo officiarium inftituit ut hec faciat vice fua, verum tamen Canonicis non vult facere juftitiam ficut de Amedeo †† de Jaiz. De tertio articulo dicit quod Concubinarios non punit, ficut puniebat eos Anteceffor ejus, & cum punit pecunialiter punit, & dicit quod fatis diligens eft circa correctionem talium,

†† Amé de Gex, vivant en 1219. Guichen. Hift. de Sav. T. I. pag. 1170.

ris, & qu'un Auteur contemporain l'ait nommé, * *Vir multæ Scientiæ & totius bonitatis*, la Procedure étoit encore fi nouvelle pour lui, qu'il demande † au Pape, s'il doit mettre par écrit les noms des Témoins, & admettre à la replique l'accufé, Evêque de Valence. C'étoit Humbert de Mirabel, Prélat recommandable par fes vertus & par fon habileté, ainfi que le dépeint un de fes Succeffeurs *M. Jean de Catellan Evêque & Comte de Valence* dans les *Antiquitez* de fon Eglife, p. 319---322. Exemple, qui feul feroit voir, quand il n'y en auroit pas plufieurs autres, que ces informations ne doivent pas toûjours préjudicier à la mémoire des Perfonnes qui en étoient le fujet; & l'on peut fe rappeller ce que dit le Cardinal Baronius, d'ailleurs Partifan & Panégyrifte perpétuel du Siege de Rome; *Quis nefciat fæpè accidere ut falfis accufationibus ac furreptionibus aures Pontificum repleantur, & dum putant agere quod juftum eft, exagitent innocentem?* Ad ann. 464. n. 8.

* *Labbei. Concil. Tom. XI. P. I. col.* 104.

† *Innoc. III. Epift.* 191. *L. XV.*

Les Papes de ce tems-là donnoient volontiers les mains à ces Enquêtes: Outre qu'ils affermiffoient leur autorité fur les Evêques, ils favoient par ce moyen, à quoi montoient les Revenus de chaque Diocefe, & les Sommes qu'ils en pouvoient tirer pour les fraix de la Croifade, & qui paffoient par les mains de leurs Légats, du moins celles qu'on levoit fur la Province Viennoife & qui étoient employées contre les Albigeois. D'un autre côté, le Bas-Clergé fe plaignoit d'être trop taxé, crioit à l'oppreffion & s'en prenoit à l'Evêque, qui n'avoit pas peu de peine à contenter les uns les autres. Pierre de Seffons fe trouvoit dans cette fituation. *Depuis deux ans*, c'eft-à-dire, depuis l'année 1217. & le départ des Croifez, *il étoit en differend avec fon Chapitre*, où il avoit des ennemis perfonnels. Les Témoins, 2me. & 11me. ne cachent pas même leur paffion ‡, & ce que le 2me. dit du 1er. rend celui-ci recufable. Mais fi les uns le blâment, d'autres le juftifient. S'il prêchoit & confeffoit rarement, il avoit foin que fon Eglife eût des Prédicateurs & des Confeffeurs. Si, après avoir cenfuré les Ecclefiaftiques qui vivoient mal & ne fe corrigeoient pas, il les puniffoit quelquefois par des Amen-

‡ Aux endroits maquez par ☞

talium, tali modo, ſed exacta pecunia quidam remanent in peccato ſicut erant, prius-quàm officium ſuum redemerent pecunia, cùm incidiſſent in ſententiam Sinodi : ſicut egit in Capellano de Rignie, & de Veſſie & quibuſdam aliis. Rogatus, ſi Sacerdotes ſint in habitu diſſoluti? dicit quod quidam in hac parte magis diſſoluti quàm deceat, ut in capis manicatis

Amendes, au lieu de les envoyer à Rome, ſelon la coûtume de ſon Prédeceſſeur ; il conſideroit les néceſſitez du Tems : D'ailleurs, cette juſtice, plus courte & moins onéreuſe au Public, étoit auſſi plus efficace, puis qu'au rapport d'un autre * Témoin, ils étoient plus ſages & mieux reglez qu'auparavant : Et le même ajoûte que le Clergé, bien loin d'être apauvri par l'Evêque, étoit plus riche que jamais. Selon d'autres, il faloit que ce Prélat eût de la conduite & de l'habileté. Il trouva l'Epiſcopat endetté, fit deux voyages, à Rome & au Concile de Bourges, ſoutint la guerre, conſerva ſes Droits de Régale & ceux de ſon Egliſe, conſtruiſit deux Forteresſes pour la ſûreté de la Ville & de la Campagne, diminua les Tailles impoſées par ſes Prédeceſſeurs, ameliora la Menſe Epiſcopale juſqu'à *la valeur de mille Marcs*, ou d'environ trente mille livres de nôtre monnoye ; & dans le tems de cette Enquête, à peine devoit-il *trente livres Genevoiſes*, qui n'en feroient pas 400. aujourd'hui. Il fit tout cela en moins de ſix ans & demi, en des Tems fâcheux & pleins de contradictions. Du reſte, Homme de bonnes mœurs ; ſes ennemis, qui d'ailleurs ne l'épargnent point, ne diſent pas le moindre mot ſur cet article. La Chaſſe aux Oiſeaux & le traitement qu'il exigeoit dans ſes viſites, poſé qu'il n'y ait pas d'éxagération, pourroient faire croire ſeulement, qu'il eſt plus rare de voir un parfait Eccleſiaſtique, quand cette qualité ſe trouve jointe avec celle de Prince.

* Le 7me.

On ignore quelle fut l'iſſuë de l'Enquête ; ſi elle eût eu de l'éclat, il y en auroit eu quelque bruit dans l'Hiſtoire. Apparemment l'affaire tomba d'elle même, ſoit par la mort de Pierre de Seſſons, ſoit que ſon innocence fut effectivement reconnuë, à quoi nous meneroit le Traité dont on a parlé, où ſa conduite fut approuvée ſur un point aſſez délicat & des plus importants.

La Piece eſt de pluſieurs Ecritures differentes. Il ſemble que les Commiſſaires alloient d'un lieu à l'autre, & qu'ils prenoient un Secretaire ou Greffier du lieu même où ils ſe trouvoient.

(c) On

tis & quidam etiam Clerici ſunt qui ludunt cum ‡ Scacis (b), Alcis & Deciis & precipue in Civitate. Rogatus an hoc contingat propter negligentiam Epiſcopi? dicit quod in quibuſdam eſt negligentia Epiſcopi, in quibuſdam negligentia Capituli; dicit etiam quod cum Epiſcopus haberet à Sede Apoſtolica quaſdam litteras per quas poſſit abſolvere invaletudinarios ⱡ incendiarios qui inciderant in canonem, extendit hanc indulgentiam etiam in ſanos & fortes ut extorqueret pecuniam. Rogatus de quarto articulo, dicit quod quandoque in Eccleſia Cathedrali non celebrat Sinodum ſed quandoque alibi, quandoque perſonaliter, quandoque per interpoſitam perſonam. Rogatus qualiter ſe habeat circa divina officia? dicit quod honeſte celebrat, in proceſſionibus modeſte ſe habet. Rogatus de aliis horis? dicit quod non credit quod ita ſit diligens. Rogatus an ſit magis venationi deditus quam predicationi? dicit quod ſic, venationi avium. Rogatus an ſe miſceat ſecularibus Commerciis? dicit quod non ſcit niſi de quodam Racello quod fecit fieri ut venderet. Rogatus an ſit dilapidator vel diſſipator? dicit quod Dominus de Fucigniaco fecit hominum predeceſſori ſuo, & iſti non fecit. Rogatus an fuerit ab iſto requiſitus ut faceret? dicit quod credit dictum Dominum de Fucigniaco fuiſſe requiſitum, ſed non-

‡ Aux Echecs, aux jeux de hazard & aux Dez.

ⱡ Les Incendiaires qui étoient malades & hors d'état d'aller à Rome.

(b) On voit ici & plus bas, que le jeu des Echecs étoit alors fort commun à Geneve, *in Civitate.* Que *Scaci* ſoient les Echecs, cela paroit par le Poëme *de Vetulâ* (Lib. 1.) attribué à Ovide, mais qui n'eſt que d'un Auteur à peu près du Siécle de cette Enquête. Il dit que les *Scaci* étoient compoſez *de 6. ſortes de Piéces*, le *Roi*, la *Reine*, le *Piéton*, le *Roc*, le *Chevalier*, & l'*Alphin* ou *Al-Phil*, c'eſt-à-dire, l'*Elephant*, comme les Orientaux le nommoient, & d'où les Européens ont fait le *Fil* ou le *Fol* par corruption.

Le IV. Concile géneral défendoit, aux Eccleſiaſtiques, ſeulement *les jeux de hazard & les Dez*; Il ne parle point des Echecs, que pluſieurs ſe croyoient permis, allegant, comme il paroit par Pierre Damian (*Lib.* 1. *ep.* 10.) que *les Echecs n'étoient pas un jeu de hazard, aliud eſſe Scachum, aliud Aleam.*

(c) Il

non fuisse compulsum. Dicit etiam quod cum Comes Gebennensis esset sub interdicto & familia ejus propter murum * Castri Gebennensis secundum compositionem factam à predecessoribus ejus & Comitis sicut in eorum (c) autenticis continetur, Episcopus iste sic composuit cum Comite, quod nec Comes, nec familia ejus supposita est interdicto propter hoc. Item dicit quod Episcopus terras suas Gebennenses acensivit hominibus suis & hominibus alterius domini, quas terras predecessores sui colebant, & iste census perpetuus est. Rogatus quomodo scit? dicit quod ex visu. Item audivit & credit verum esse, quod Episcopus alienavit quoddam feudum apud altam villam hospitalariis quod tenebat Eymericus miles de Compeis, unde debebat hominium Episcopo. Item audivit per famam quod Episcopus alienavit aliud feudum Ecclesie Marescalco Comitis apud Jussi quod solebat tenere quidam miles de Cornilum & inde erat homo Episcopi, dicit etiam quod perdidit quendam hominem apud Gebennas ligium qui vocatur Petrus Servens & nullam facit inde justiciam, qui longo tempori *latuit* Item dicit quod bannum Comitis prius bannum Episcopi clamatur Gebennis, cum non deberet Comes in bannis vocari sicut dicitur. Item dicit quod Episcopus fecit dirui muros Civitatis & hoc vidit. Dicit etiam quod Episcopus permittit sibi auferri multos homines in salacio & alibi, videlicet Garinum & Wulielmum de Turre milites & Wulielmum Finam & multos alios & fratres Jacobi Capellani de Viu; destructa est etiam Terra de Salaz propter culpam suam ut pote quia exposuit eam Domino de Fucigniaco propter quoddam debitum; quin etiam gravavit Episcopus eos in tantum quod cum multe † carrate essent in introitu Episcopi, modo sunt pauce, & male tractatur terra ab utroque. Item dicit quod Epis-

* Château à l'entrée du Bourg-de-Four.

† Gros Tonneau qu'on nomme encore *Char* dans le Païs.

(c) Il y avoit alors des Traitez, entre les Prédecesseurs de l'Evêque & ceux du Comte de Genevois, par lesquels, *ficut in eorum autenticis continetur*, le Comte ne pouvoit pas bâtir dans la Ville, sans la permission de l'Evêque.

Episcopus dedit Abbatiam de Fillie que nullo ‡ medio obediebat ei ⸸ Alpensibus, sed Capitulum prout potuit revocavit, reclamavit. Item dicit quod Villa de Jussie fere destructa est, tum quia gravavit eam plus debito, tum quia non satisfecit Giroldo de Jussie super quibusdam querelis. Rogatus quomodo hoc sit? dicit quod hoc pro omnibus vicinis. Item dicit quod de regalibus quod creditur à quibusdam quod volebat ea accipere à Comite Sabbaudie, sed legatus †† Bertrandus & Archiepiscopus Viennensis prohibuerunt ne fieret nec tandem fuit factum. Item dicit quod cum Episcopus ** Humbertus ([d]) haberet in vadimonio, Vicedomnatum Gebennensem pro sexaginta libris tū. Vicedomnatus per illorum donationem qui de jure poterant conferre, in manu * Bernardi Episcopi predecessoris illius esset devolutus, Episcopus Petro de Confignon qui dicebat Vicedomnatum ad se jure hereditario pertinere, volebat dimittere, dummodo solveret trigenta libras, sed Capitulum se opposuit, sic statum predicte acquisitionis deterioravit. Item dicit quod credit quod Terra de Marval in deteriori statu sit quam prius, propter Dominum de Fucigniaco qui habet in ea quasdam possessiones quas non solebat habere sicut dicitur, Castrum de Marval multum melioravit. Rogatus de oppressione & exactione subditorum superius dicit sed addit quod Marie de

‡ Immédiatement soumise à l'Evêque.

⸸ Moines de l'Abaïe d'Aulps.

†† Légat du Pape depuis l'an 1217.

** Prédecesseur d'Arducius.

* Bernard Chabert prédecesseur de Pierre de Sessons l'Evêque en question.

([d]) *L'Evêque Humbert,* [Prédecesseur d'Arducius] *avoit en engagement le Vidomnat de Geneve pour la Somme de* 60. *livres; ce Vidomnat, par la donation de ceux qui pouvoient le conférer de droit, étoit dévolu dans les mains de l'Evêque Bernard, prédecesseur de* Pierre de Sessons, *présent Evêque qui auroit voulu le céder pour* 30. *livres à Pierre de Confignon, sous prétexte que celui-ci disoit que le Vidomnat lui appartenoit par droit d'héritage; mais le Chapitre s'y étoit opposé.* Il paroit donc que le Vidomnat, au 12me. & 13me. Siecle, s'engageoit, se vendoit, & passoit d'une main à l'autre, comme un héritage, & que l'Evêque le possedoit actuellement dans le tems de l'Enquête. Ce qui sert à lier les évenemens & à faire voir, comment un de ses Successeurs l'auroit ensuite hypothequé.

Saconay & vidue multa abſtulit ſicut audivit ab ipſis; de exactione dicit quod vidit & audivit multos conquerentes & aliquos ſuſpenſos propter pecuniam quam petebat. Rogatus an beneficia Eccleſiaſtica conferat indignis? Dicit quod ſic, ſicut * Thome filio Comitis Sabbaudie cui contulit Decanatum de Anaſſie, de quo bene preſumi poterat quod non poſſet exercere officium decanatus, & quibuſdam aliis perſonis minoribus quibus contulit minora beneficia. Rogatus an admittat in beneficiorum collationibus illicitas pactiones? Dicit quod prepoſito Raymundo contulit beneficia ut reſideret in inſula. Rogatus de habitu, dicit quod videtur. Rogatus an ſit tirannus vel raptor potius quam preſul vel Rector? Dicit quod incarceravit Fabrum de Viu & credit quod ſine culpa; de rapina dictum eſt ſuperius. Item dicit quod Epiſcopus modo ſuſtinet quamvis olim ſuper hoc contenderit, quod Monachi Bonimontis habeant Eccleſiam de Craci, in qua non debent habere nec modicum cenſum, ſicut ipſe firmiter credit & audivit à pluribus. Item dicit quod Epiſcopus conſenſit quod quidam Monachi nigri intrarent in Abbatiam de Fillie ut illam haberent, in qua fuerunt donec ejecti ſunt à capitulo Gebennenſi, & quod hoc ſit verum firmiter credit, quia ab aliquo audivit fide digno. Item dicit quod non credit quod Epiſcopus habeat aliquam reſtitutionem de hominibus Eccleſie interfectis, ſcilicet de Thoma de Treſnanz & del Trabichivorum. Item dicit quod vidit Monachos Sancti victoris rogantes Canonicos ut conſentirent quod haberent forum in Caſtro ſuo novo, quia Epiſcopus eis conceſſerat. Item dicit quod Epiſcopus dedit Capellano trigenta florenos de emenda maleficorum Comitis Sabbaudie pro duodecim Marcis quas Epiſcopus idem debebat Capitulo de eadem emenda. Rogatus an ſit inimicus Epiſcopi? dicit quod non; Rogatus an bono zelo depoſuit ea que dixit? dicit quod ſic & pro utilitate Eccleſie.

* Né l'an 1199. & deſtiné à l'Egliſe. Guichen. T. 1. pag. 299.

II. Hugo Prior Sancti Johannis Gebennenſis, Juratus, Rogatus de primo dicit quod Epiſcopus negligens eſt in predicatione-

ne quare nunquam audivit eum predicare. Rogatus an alios mittat qui predicent? dicit quod pluries vidit Fratres de ordine predicatorum qui predicabant ad & audivit etiam quod alii vocati fuerant ab Episcopo ad hoc ipsum. Rogatus an Episcopus audierit confitentes? dicit quod nescit, sed credit quod supra dicti predicatores recipiebant. Rogatus an sit sufficiens in scientia predicandi, judicandi, penitentias dandi? dicit quod credit eum esse sufficientem si vellet operam dare. Rogatus an ordines celebret, plebes confirmet? dicit quod sic sicut vidit & audivit. Rogatus an visitet Ecclesias ad hoc ut faciat officium visitationis? dixit quod Ecclesias visitat sed non audivit ut requireret de officio visitationis quod debet requirere, sicut de honestate sacerdotum & altaris & Ecclesie. Rogatus de secundo utrum judicetur in Curia Episcopi & officialis secundum decreta, leges & Canones? dicit quod in Curia Episcopi non audivit quia novus est, sed in Curia officialis audivit quod ibi judicatur secundum canones. R. an Episcopus faciat justitiam? dicit quod audivit Aymonem * Canonicum Gebennensem conqueri de defectu justitie quam ab Episcopo non potuit obtinere de Amedeo de Jaz qui diripuit bona ipsius; sed officialis libenter quandorequiritur exibet justitiam conquerenti. R. de tertio dicit quod credit multos esse dissolutos, quia sunt ibi plurimi sacerdotes qui palam habent concubinas. R. quomodo scit? dicit quod vidit testes † gardientes. R. an Episcopus tales corripiat? dicit si bene corriperet non essent tot quot sunt. R. an sint in habitu dissoluti? dicit quod multi sunt religiosi plurimi etiam dissoluti. R. de quarto dicit quod Sinodum aliquando celebrat Episcopus, aliquando per se aliquando per alium, & aliquando extra Ecclesiam Cathedralem. R. de quibusdam aliis statutis utrum teneantur? dicit quod nescit. R. de quinto, dicit quod de predicatione superius respondit, sed aliquando vidit Episcopum cum aucupibus non tamen aves portantem aucupales. Rog. de sexto, dicit quod celebrat honeste quando celebrat, utrum

* Témoin ci-dessus. ☞

† *Garants*, du mot *gardia garantie.*

an celebret frequenter nescit. R. de horis quomodo dicat eas? dicit quod bene credit quod bene solvat, sed frequentius extra Ecclesiam quam in Ecclesia. R. de septimo, dicit quod nihil scit. R. de octavo, dicit quod nihil scit. R. utrum augmentavit redditum mense Episcopalis, quod Castrum Insule edificavit cum multis expensis, & Castrum de Marval quem reedificavit sicut audivit de Marval; si sit obligatus debitis R.? dicit quod credit quod non. R. de nono, dicit quod audivit homines Episcopi de Jussei & de Burdiñnis conquerentes de oppressione & idem testis conqueritur quod Ecclesiam Sancti Johannis gravat in multis, & multos alios quos audivit conqueri de oppressione & exactione. Rog. de decimo, dicit quod credit quod libencius Ecclesias conferat ditioribus quam pauperibus. R. utrum Ecclesias conferat Ydiottis personis non de legitimo matrimonio natis? dicit quod nescit. Rog. de undecimo, dicit quod nichil scit. Rog. de duodecimo, dicit quod Episcopus in habitu, in verbis non exibet debitam gravitatem. Rog. de decimo tertio, quod aliquando accepit in domo Sancti Johannis equum predecessoris sui quem debuit reddere vel valentiam, & non reddidit, dicit etiam quod Vacam pauperis mulieris Margarete accepit familia Episcopi & non reddidit, sed ibi comm.... sta est; dicit etiam quod cuidam Clerico nomine Moterio de Burdiñnis abstulit * carratam vini Girardus de Ferreres & alii qui cum illo erant, quam portaverunt in Insula & adhuc vas retinent, ille conquestus est Episcopo per se & etiam per litteras Archiepiscopi Viennensis qui excommunicavit dictos predones, satisfactionem nec emendam potuit habere, sed adhuc manent in insula. Rog. an sit inimicus Episcopi? dicit quod non, sed non habet gratum quod ei injurias infert & damna. Rog. an deposuerit bono zelo ea que dixit & pro utilitate Ecclesie? dicit quod sic.

* Qu'on nomme encore *Char de Vin*, Tonneau de la plus grande mesure.

☞

LII. Poncius Capellanus de Villa, Juratus Rogatus de primo articulo, quod nunquam vidit Episcopum predicare nisi semel, & quod in villa ejus sunt grandius culi qui nunquam confirmati

mati fuerunt, quia nunquam ibi celebravit nec predicavit nec confirmavit. Rog. si Episcopus scientiam predicandi? dicit quod credit si vellet operam dare. Rog. an confessiones audierit? dicit quod nunquam vidit Episcopum dare penitentias, sed quandoque vidit quod penitentes mitebat ad alios qui audirent, & dicit quod vidit alios predicantes ter per diocesim & penitentias injungentes ex parte Episcopi. Rog. an ordines celebret, Ecclesias consecret, plebes confirmet? dicit quod sic excepto quod confirmationes cito dimitebat. Rog. de secundo, dicit quod ter petivit ab Episcopo justitiam & non fecit. Rog. an aliis faciat? dicit quod quibusdam facit quibusdam non, sed dicit quod officialem instituit qui conquerentibus justitiam exibet. Rog. de tertio, dicit quod Sacerdotes magis sunt dissoluti quam erant tempore predecessoris sui Bernardus in incontinentia & in aliis pluribus rebus. Rog. de quarto, dicit quod in Synodo vidit statuta † Concilii legi & firmiter precipiebat observari, & quod nunquam vidit quod sciat, quod quis ea transgrederetur. Rog. de quinto, dicit quod quandoque venatur in avibus. Rog. de sexto, dicit quod honeste se habet circa divina officia, sed matutinos dicit quandoque in lecto. Rog. de septimo, dicit quod nihil scit. Rog. de octavo, dicit quod vidit quosdam homines sicut W. Fina & alios qui quondam erant Episcopi, modo sunt in manu, Domini de Fucigniaco, sed quomodo sententia quam tulerat Episcopus in dictum Dominum fuerit relaxata nescit, sed scit quod ‡ Coroatas & alias quasdam malas consuetudines acquisivit à quibusdam militibus quas homines sui reddere tenebantur; acquisivit etiam titulo pignoris feodum W. de Filingio sicut vidit; audivit etiam quod Foragium & Vicedomnatum (e) & omnes piscarias preter quam unius diei ac-

† IV. Concile géneral de Latran, tenu en 1215.

‡ *Corvata*, on dit l'un & l'autre.

(e) Le même Evêque *avoit aquis le Forage*, (Foragium) *le Vidomnat & toutes les Pêcheries &c.* Le Vidomnat, comme on l'a dit, *avoit été dévolu à Bernard* Chabert, qui n'eût pas le tems d'en prendre possession, ayant été appellé à l'Archevêché d'Ambrun. C'est peut-être la raison pourquoi l'*aquisition* en est ici attribuée à son successeur Pierre de Sessons.

acquisivit; dicit quod in constructione Castri de Insula & de Marval multa expendit. Rog. de nono, dicit quod Episcopus nomine procurationis semel in anno requirit à Sacerdotibus pecuniam, ab uno decem florenos, ab alio viginti florenos, magis & minus dicit quod propter hoc Sacerdotes Diocesis gravati plurimum & depauperati. Rog. de decimo, dicit quod filio psalterii de Fucigniaco Ydiote & de quo fama erat quod piscem communicasset dedit Ecclesiam de Aisia. Rog. de undecimo, dicit quod nichil scit. Rog. de duodecimo, dicit similiter. Rog. de decimo tertio, idem dicit. Rogatus an sit inimicus Episcopi dicit quod non. Rog. an ea que deposuit dixit bono zelo & pro utilitate Ecclesie? dicit quod sic.

IV. Poncius de Sintrie Capellanus de Arentuns, Juratus Rogatus an spiritualia &c., dicit quod Episcopus est negligens in Predicando, nec vidit eum aliquando predicare, nisi semel in Synodo, & quod non vidit nisi bis quod penitentes audiret, nec vidit quod Ecclesias visitet ad hoc quod debet & tenetur, quin frequenter veniat ad eas occasione procurationis vel ut aliquid exigat à Sacerdotibus. Rog. an sit diligens in corrigendis excessibus subditorum, dicit quod quando punire debet aliquem Sacerdotem, punit eum pecunialiter, nec sic emendatur excessus ejus. Rog. de secundo, dicit aliquando facere justitiam conquerentibus, aliquando non, sicut audivit. Rog. an habeat officialem? dicit quod à duobus annis & citra, quendam instituit officialem qui satis sufficienter supplet vices Episcopi in hac parte sicut credit. Rog. de tertio, dicit quod cum credat multos esse in Diocesi Sacerdotes Concubinarios, non videt quod Episcopus aliquos ex ipsis mitat Romam, sicut faciebat predecessor ejus, sed exigit ab eis penam pecunialem, sicut in Capellano de Rupe. Rog. an in aliis sint in habitu, in capis manicatis in lusibus & dicit quod sunt aliqui qui ludunt cum Scacis, Alcis & Deciis sicut Capellanus Fucigniaci & quidam alii. Rog. de tertio, dicit quod non bene tenentur, sicut in decimis novalium, quas

quas milites auferunt Ecclesiis. Rog. utrum Episcopus singulis annis celebret Synodum Episcopi? dicit quod aliquando tenet per se, aliquando per alium vel Abbatem vel Decanum & semel vidit Synodum non celebrari, & credit quod obmiserit propter instantiam guerrarum. Rog. utrum statuta Concilii legantur in Synodis? dicit quod sic, sed breviter. Rog. de quinto an deditus sit magis venationi quam predicationi? dicit quod sic venationi avium, sed non vidit eum aves manu propria gestantem. Rog. de sexto dixit quod quando stat ad altare honeste celebrat, sed matutinos frequenter dicit in lecto, sicut ipse vidit. Rog. de septimo, dicit quod nescit, nisi quod racellum (f) fecit per Rodanum * deduci ut venderetur. Rog. de octavo, dicit quod non recolit. Rog. utrum Episcopus augmentaverit redditus mense Episcopalis? dicit quod nichil scit preterquam de edificatione Castri Insule & reedificatione Castri de Marval in quibus multa expendit, dicit etiam quod in Terra de Salaz perdidit plures de hominibus suis quos Dominus de Fucigniaco abstulit ei & Ecclesie, & ipse sententiam propter hoc latam in Terra de Fucigniaco relaxavit sicut credit, quare modo ibi celebrantur divina. Rog. de nono, dicit quod homines suos de Jusse & de Salaz in tantum oppressit, quod quidam eorum sicut audivit recesserint. Rog. in quibus opprimebat eos? dicit quod in taliis faciendis, in invasione bonorum suorum sicut audivit; de exactionibus dicit quod per exactiones Episcopi nimium gra-

* Depuis Seyssel au-dessous, jusqu'à Marseille, voyez plus bas.

(f) Il semble que l'Evêque, dont les vûës étoient assez étenduës, & qui paroit toûjours actif, malgré le reproche que les uns lui font d'avoir dit quelquefois ses Matines au lit, vouloit introduire ou favoriser une Manufacture de ces Etoffes qu'on appelle *Ras*. Il en avoit fait *décendre par le Rhône* depuis Seyssel au-dessous, pour être transportées *à Marseille* *, & voir si elles y seroient d'un bon débit, non pas pour son propre compte, mais pour celui des Particuliers, ou plûtôt pour l'utilité publique, que tout Prince peut & doit même procurer, en pareil cas. Aussi les Commissaires n'insistent jamais sur cet article.

† Voyez le 16me. Témoin.

gravati & depauperati plures Sacerdotes, unde in domo Sacerdotis de Nangi cujus redditus vix valent trigenta florenos venit cum trigenta equitaturis, ficut audivit ab eodem Sacerdote, & fic etiam fecit quibufdam aliis; dicit etiam quod fi aliquis Sacerdos non dederit quod exigit, venit pluribus vallatus fofciis in domo ejus & gravat eum duplo quam peteret ab eo ficut audivit. Rog. de decimo, dicit quod non recolit. Rog. de undecimo dicit quod non aliquid exegerit vel receperit vel retinuerit in Ecclefiis quas contulit. Rog. de duodecimo, dicit quod in habitu fuo non pretendit illam gravitatem, fed nec in verbis, nec in geftibus fuis quam deceret Epifcopum. Rog. de decimo tertio, dicit quod facit quandoque accipi vel fuftituit res hominum fuorum per violentiam, ficut fenum & avenam, capores, anferes, & † caftrones, & hoc audivit ab illis qui paffi funt. Rog. an fit inimicus Epifcopi? dicit quod non, & quod ea que depofuit bono zelo dixit & pro utilitate Ecclefie.

† Moutons.

V. Willelmus Procurator Sancti Victoris Gebennenfis, Juratus Rogatus utrum fpiritualia deficiant in Diocefi Gebennenfi propter negligentiam & infufficientiam Epifcopi? dicit quod non vidit Epifcopum predicare nec audivit nifi femel. Rog. de aliis ad hoc articulum pertinentibus, dicit quod nichil fcit unde fecure poffit judicare quantum in fe eft quod fpiritualia defecerint in Diocefi propter defectum Epifcopi. Rog. de fecundo articulo, dicit quod juftitiam exhibet conquerentibus vel per fe vel per officialem fuum quem ad hoc inftituit, nec audivit quod alicui defecerit in hac parte nifi H. de Govelles Canonico Gebennenfi. Rog. de tertio articulo, dicit quod nefcit quod per negligentiam & infufficientiam Epifcopi fint magis diffoluti vel Canonici, vel Sacerdotes vel Clerici. Rog. de quarto, dicit quod non vidit aliquem defectum quin bene faciat & precipiat obfervari ftatuta Concilii, & neminem vidit fuper hoc conquerentem. Rog. de honeftate Clericorum & Sacerdotum, dicit quod aliqui funt in Diocefi Sacerdotes Concubinarii, qui vel in domo fua vel in domo aliorum

rum tenent eas. Rog. quomodo ſcit? dicit quod de aliquibus ſcivit per ſcientiam, de quibuſdam per famam. Rog. qualem ſe exibeat Epiſcopus circa tales? dicit quod non credit quod propter hoc aliquos deponeret, ſed aliquando punit eos pecunialiter, ſicut audivit. Rog. de quinto articulo, dicit quod vidit eum * ripanare cum avibus, ſed ipſe non portabat aves. Rog. de ſexto articulo dicit quod quotiens celebrat, honeſte celebrat, de horis nichil ſcit, ſed credit quod eas more debito ſolvat. Rog. de ſeptimo dicit quod niſi viriliter defendiſſet ſe & res ſuas quod non ſuſiſteret ſicut vidit & audivit. Rog. de octavo, dicit quod nichil ſcit, ſed magis credit quod augmentavit & quare Caſtrum Inſule edificavit. Rog. de nono, dicit quod audivit plures Sacerdotes conquerentes quod graves in eis facit exactiones, ſed nihil ſcit, nec poteſt quantum in ſe eſt conqueri de ipſo. Rog. de decimo, dicit quod nichil ſcit, ſed ſcit & vidit quod libenter confert Eccleſias ydoneis & pauperibus. Rog. de undecimo, dicit quod nec vidit, nec audivit quod Epiſcopus in beneficiorum collationibus aliquas admittat illicitas pactiones, vel in eis retinuerit aliquas preter ſolitam penſionem. Rog. de duodecimo, quod habitus quandoque minus eſt regularis. Rog. de decimo tertio, dicit quod Epiſcopus non ſe intromittit de talibus, nec vidit nec audivit aliquos ſuper hiis conqueri niſi ſolos Sacerdotes, & quod de rebus hominum ſuorum aliquando accepit. Rog. an ſit inimicus Epiſcopi, dicit quod non. Rog. an depoſuerit ea que dixit bono zelo & pro utilitate Eccleſie? dicit quod ſic.

* Mot inconnu, pour chaſſer aux Oiſeaux.

Haymo Capellanus de Ochy, Juratus Rogatus de primo articulo utrum ſcilicet Epiſcopus ſit negligens vel inſufficiens? dicit quod credit quod magis eſt diligens quam negligens, & quod ſatis eſt ſufficiens ſicut credit, ipſe videat quod talis ſit. Rog. utrum ſit ſufficiens in ſcientia predicandi, penitentias dandi, & judicandi? dicit quod credit quod ſic. Rog. utrum predicet frequenter? dicit quod nunquam audivit eum predicantem niſi ſemel tantum, nec etiam penitentias dandi, VI.

 niſi

nisi semel tantum, dicit etiam quod nunquam vidit eum sedentem in judicio & judicantem. Rog. per quos assuevit facere judicia sua? dicit quod per officialem suum, priusquam fuit institutus per quos autem ante fecerit, nescit. Rog. utrum Episcopus visitet Ecclesias, confirmet plebes, ordines celebret? dicit quod visitat Ecclesias & diligenter ut credit, visitavit enim Ecclesiam suam aliquando & inveniens Calicem non esse integrum, fregit omnino, ordines etiam celebrat libenter, sed plebes non confirmat leviter. De secundo articulo Rogatus utrum in Curia Episcopi judicetur secundum leges & canones? dicit quod nescit, quia nunquam vidit eum judicantem, sicut superius dixit. De Curia autem officialis Rogatus utrum ibi judicetur secundum leges & canones? dicit quod sic ut credit. Rog. utrum Episcopus diligens sit in exibenda justitia conquerentibus? dicit quod credit eum satis esse diligentem in hac parte, dicit tamen quod audivit Decanum semel proibentem ex parte Episcopi in Capitulo ultra clusam omnibus Sacerdotibus ne Templariis aut Hospitalariis de injuriis sibi illatis conquerentibus aliquam exiberent justiciam, nisi suas prius vel officialis vel loci decani litteras preceptorias super hoc recepissent. De tertio articulo utrum scilicet in dissolutionem deveniat Religio propter negligentiam vel insufficientiam Episcopi. Rog. dicit quod non credit quod dissolvatur Religio tempore istius, verum tamen credit quod tempore Magistri Bernardi Antecessoris istius fortius servabatur Religio. Rog. de Religione Canonicorum majoris Ecclesie? dicit quod nichil scit. Rog. de Sacerdotibus utrum sint continentes vel habeant Concubinas? dicit quod audivit de quibusdam. Rog. sciat utrum aliquem nominare? dicit quod scit nominare Petrum in Ecclesia sua manentem, & habentem Concubinam. Rog. utrum Episcopus hoc sciat? dicit quod nescit utrum Episcopus hoc sciat, scivit autem aliquando eum habere Concubinam & propter hoc eum ab Ecclesia sua amovit. Item Rogatus utrum sciat quod Episcopus alios pro hac re punierit? dicit quod scit unum Johannem nomine de Ar-

lou,

lou, quem similiter Episcopus ab Ecclesia sua pro causa predicta amovit. Rog. an Clerici in habitu, in gestu & in aliis videlicet coreas frequentent vel tabernas, vel aliquo alio modo minus religiose se habeant? dicit quod nescit, audivit tamen eos in Sinodis ut ab hujusmodi sibi caveant ammoneri. De quarto articulo utrum statuta Concilii generalis solvantur propter negligentiam vel insufficientiam Episcopi. Rog. dicit quod nescit, tamen vidit & audivit in Sinodis frequenter quod amonebantur Clerici & Sacerdotes quod statuta Concilii firmiter observarent. Rog. utrum viderit aliquem transgressorem vel inde punitum? dicit quod nec transgressorem vidit nec inde punitum. Rog. utrum Decani & Sacerdotes portent capas * rotundas sicut in Concilio statutum est? de ipsis dicit quod Decanus suus clausam portat, & in Decanatu suo nullum Sacerdotem novit qui clausam non portet, vidit tamen quendam qui dicebatur Decanus de Siseri qui portabat capam manicatam. Rog. de Magistro † habendo in Civitate secundum statutum Concilii qui doceat pauperes gratis, utrum Episcopus ita ordinaverit? dicit quod nescit. De quinto articulo utrum scilicet Episcopus Pontificalis oblitus modestie, magis sit venationi quam predicationi deditus? dicit quod magis deditus est venationi avium quam predicationi, ut credit. Rog. utrum viderit eum portantem avem in manu sua? dicit quod non vidit ut recolit. Rog. utrum Episcopus oblitus sit Pontificalis modestie, & in quo vel in quibus? dicit quod in verbis excedit modum aliquando, sicut in verbis frivolis & occiosis, etiam dicit quod vidit eum ut sibi videtur portantem Epitogium ‡ an-aptum, sed hoc non juraret. De illo articulo qualiter Episcopus se habeat circa divina officia? dicit quod bene vidit enim eum Missam cantantem honeste & ordines honeste celebrantem. Rog. utrum Episcopus cotidie audiat Missam? dicit quod magis hoc credit quam ejus contrarium. Rog. utrum cotidie audiat Matutinos ‡ & horas diurnas? dicit quod credit, vidit tamen eum semel in lecto suo matutinos audientem, & tunc sanus erat ut credit. De septimo

* Decret 16. du IV. Conc. gener. de Latran.

† Ibid. *Décret* 11[e].

‡ *Espèce de* Sur-tout.

‡ *Matutinas.*

Rogatus utrum Episcopus se immisceat guerris aliorum vel aliis quam pro Ecclesia sua? dicit quod nescit. Item Rogatus utrum Episcopus immisceat se secularibus commerciis ratione vendendi vel emendi? dicit quod nescit nec audivit. De octavo articulo Rog. utrum Episcopus sit dilapidator & dissipator bonorum Episcopalium, vel Ecclesie? dicit quod nescit excepto quod audivit à quibusdam quod confratria Sancti Petri (g) que erat statuta ad opus Ecclesie immunita est per Episcopum, fecit enim aliam fieri ad opus Pontis sui quam magis diligit, & diligenter facit exequi. Item Rogatus utrum Episcopus bona Ecclesie augmentaverit? dicit quod nescit, preter hoc quod per duo Castra que ipse edificavit homines Episcopi & Clerici tuciores effecti sunt, solebant enim per homines Comitis rapere mulieres & opprimere & bona hominum Episcopi auferre, quomodo non fit. De nono articulo Rog. utrum Episcopus faciat exactiones per Presbyteros & Clericos? dicit quod sic. Rog. quotiens in anno? dicit quod semel. Rog. si graves sint exactiones? dicit quod sic. Rog. in qua quantitate, dicit quod à quibusdam accipit quinque solidos, sicut à pauperioribus, à quibusdam decem, à quibusdam quindecim, à quibusdam viginti, à quibusdam triginta, & nisi Sacerdotes solvant exacta interdicit Ecclesias eorum. Rog. quibus de causis has exactiones faciat, & in quos usus exacta expendat? dicit quod semel fuit Rome, interfuit etiam Concilio * Bituricensi, & pro itineribus istis petivit auxilium à Sacerdotibus, credit etiam quod in munitionibus suis plus

* L'an 1215.

(g) Il y avoit déja à Geneve une *Confrairie* dite *de S. Pierre*, qui avoit soin de l'*Ouvrage de l'Eglise de S. Pierre*, soit pour l'Edifice, soit pour les Ornemens: Elle avoit son Trésor particulier. Pierre de Sessons avoit établi une autre *Confrairie* pour la réparation *des Ponts*. Le présent Témoin y trouve à dire, & se moque d'un établissement, aussi utile qu'il étoit pieux & conforme à l'institut d'un Ordre, dont les Religieux se nommoient *les Freres du Pont*, & qui s'éteignit bien-tôt après sa naissance, tandis que d'autres subsistent avec moins de profit pour la Societé.

plus expendit quam in Ecclesiis. Rog. utrum pro hujusmodi exactionibus depauperate sint Ecclesie Diocesis? dicit quod scit & credit quod pauperiores sunt Sacerdotes. De decimo articulo Rog. utrum Episcopus conferat beneficia Ecclesiastica indignis? dicit quod nescit, vidit tamen quod aliquos amovit indignos sicut prius dixit, dicit etiam quod vidit Episcopum aliquando beneficia conferentem & querebat utrum ille cui conferebat beneficium esset honeste vite, vidit etiam quod examinabat eum coram multitudine, & faciebat eum jurare quod pro beneficio illo acquirendo nulli quicquam contulerat vel promiserat, & quod faceret residentiam. De undecimo Rog. utrum scil. Episcopus admittat illicitas pactiones in beneficiorum collationibus? dicit quod nescit. De duodecimo articulo utrum scilicet habitus Episcopi defluat in luxum secularem Rog. dicit de tonsura quod satis competens sibi videtur, de incessu & gestu, dicit quod aliquando levis est in istis. De tertiodecimo utrum scilicet Episcopus in suis actibus se exibeat Tirannum vel raptorem Rog. dicit quod non est misericors, dicit etiam quod in visitationibus suis bene vult procurari, & qui eum non bene procurat, solvit penas, quia alia vice gravat eum. Rog. quomodo sciat ista? dicit quod vidit & audivit. Rog. utrum sit inimicus Episcopi? dicit quod non. Rog. utrum ista dixerit zelo justitie an odio? dicit quod zelo justitie & pro veritate.

Anselmus Capellanus de Pullei, juratus Rogatus utrum Episcopus sit sufficiens quantum ad spiritualia? dicit quod credit eum habere scientiam, si ea vellet uti, scilicet scientiam predicandi, judicandi & penitentias injungendi, sed dicit quod nunquam vidit eum predicare vel penitentias injungere, vidit tamen Fratres de Predicatorum ordine bis predicare per Episcopatum & penitentias dare. Rog. si alias vidit aliquos predicare loco Episcopi? dicit quod non nisi in Synodis. Rog. utrum Espiscopus Ecclesias consecret, & plebes confirmet? dicit quod sic & quod Ecclesias visitat, sed non singulis annis nec per se nec per alium. Rog. si quando visitat, inten- VII.

dat utrum Altaria decenter ſint ornata? dicit quod quandoque ſic, quandoque non. De ſecundo articulo Rog. an ſcilicet deiciantur jura in Dioceſi Gebennenſi propter inſufficientiam vel negligentiam Epiſcopi? dicit quod non credit. Rog. utrum in Curia Epiſcopi & Officialis ſui judicetur ſecundum Leges & Canones? dicit quod ſic & hoc vidit & audivit. Rog. utrum Epiſcopus exhibeat juſticiam conquerentibus? dicit quod ſic, illis tamen quos diligit cicius facit juſticiam & firmiorem, aliis tardius & debiliorem. Rog. de tertio articulo, dicit quod Sacerdotes & Clerici Epiſcopatus magis ſunt religioſi tempore iſtius quam antea fuerint. Rog. in quo vel in quibus? dicit quod vidit quod fere omnes Sacerdotes habebant Concubinas, modo autem pauci habent Concubinas, & dicit quod Epiſcopus Concubinarios compellit ad correctionem, uno modo aut alio. Rog. utrum Sacerdotes & Decani utantur capis manicatis? dicit quod quidam ſic quidam non, prohibitum eſt tamen in Sinodis, ſed non audivit quod aliquis de his qui portant capas manicatas propter hoc punitus ſit ab Epiſcopo. Circa quartum articulum Rogatus utrum ſtatuta Concilii generalis legantur in Sinodis & precipiantur firmiter obſervari? dicit quod ſic, precipitur etiam quod quilibet Sacerdos habeat illa ſtatuta penes ſe ſcripta. Rog. utrum aliquis Magiſter ſit in Civitate qui doceat pauperes gratis dicit quod non. De quinto articulo Rog. dicit quod vidit Epiſcopum ſemel vel bis vaccantem venationi avium, de predicatione ipſius dictum eſt ſupra. Rog. utrum Epiſcopus ſervet modeſtiam Pontificalem in verbis ſuis & factis? dicit quod aliquando audivit eum dicere verba occioſa & levia, de factis autem ſuis in quibus modum exceſſerit, nichil ſcit. De ſexto articulo Rog. dicit quod vidit Epiſcopum honeſte miſſam celebrantem & ordines. Rog. utrum ſepe celebret? dicit quod non eſt ſepe cum eo ſet quando eſt cum eo videt eum celebrantem aut Miſſam audientem, dicit quoque quod audit horas ſuas, ſet ſemel vidit eum audire Matutinos ſuos in lecto, quando ſanus erat, & hoc fuit in domo ipſius teſtis. De ſepti-

ſeptimo articulo Rog. utrum Epiſcopus ſe immiſceat aliis guerris quam pro Eccleſia ſua, vel ſi emat ut carius vendat? dicit quod neſcit nec de hoc aliquid audivit. De octavo articulo Rog. utrum Epiſcopus ſit dilapidator vel diſſipator bonorum Epiſcopalium vel Eccleſie? dicit quod nichil vidit de hoc, vel audivit, ſet vidit quod aliqua augmentavit, ut pote in duobus Caſtris que edificavit. De nono Rog. utrum Epiſcopus faciat graves exactiones per Sacerdotes? dicit quod graves ſunt Sacerdotibus. Rog. in quanta ſumma fiant per ſingulos? dicit quod aliquis tres ſolidos, aliquis quinque, alius decem, & alius viginti ſolvit. Rog. de qua cauſa faciat iſtas exactiones? dicit quod aliqua ratione procurationis, & aliquando pro evidentibus negociis, & hec facit ſemel in anno. Rog. utrum depauperati ſint Sacerdotes propter hoc? dicit quod non credit, immo in partibus ſuis ditiores ſunt quam ante fuerint. De decimo artic. Rog. utrum Epiſcopus conferat Eccleſiaſtica beneficia indignis? dicit quod non credit, immo vidit quod ammovit bis indignos, unum pro incontinentia, alium quia inſufficientis erat litterature & reſidentiam non faciebat in Eccleſia. Item Rogatus utrum duas Eccleſias contulerit uni quibus annexa ſit cura animarum? dicit quod non vidit, ſolebat tamen fieri in Epiſcopatu, ſet modo non fit. De undecimo Rog. utrum illicitas pactiones faciat Epiſcopus in collationibus beneficiorum, videlicet ſi dederit Eccleſiam pro peccunia, vel ſi dederit Eccleſiam antequam vacet, vel ſi dederit & aliquam ſibi porcionem retinuerit preter ſolitum? dicit quod nec vidit, nec audivit, nec credit quod fecerit. De duodecimo artic. Rog. utrum habitus Epiſcopi in luxum defluat ſecularem? dicit quod non vidit eum portare habitum indecentem. De decimo tertio Rog. utrum Epiſcopus exhibeat ſe Tirannum vel raptorem? dicit quod nichil ſcit de hoc. Rog. utrum ſit inimicus Epiſcopi? dicit quod non, & que dixit, dixit cauſa veritatis.

Rodulphus de Brienzum Canonicus Gebennenſis & Decanus de Siſeri, Juratus, Rogatus dixit ſuper illo articulo an VIII.
ſpiri-

ſpiritualia deficiant in Epiſcopatu Gebennenſi propter negligentiam & inſufficientiam Epiſcopi ? In predicando credit quod piger ſit, quantum ad perſonam ſuam, ſed bene credit quod habet ſcientiam predicandi ſi vellet, & audivit eum aliquando facere Sermonem in Synodo commendabiliter, & facit Fratres de ordine Predicatorum predicare per Epiſcopatum ſicut ipſe vidit & ſcit. Rog. quociens miſit Epiſcopus Fratres de ordine Predicatorum predicare per Epiſcopatum? dicit quod pluries vidit eos ad hoc miſſos; Item dicit quod à quatuor vel quinque annis retro vidit iſtud fieri. Rog. utrum Epiſcopus negligens vel inſufficiens ſit in confeſſionibus recipiendis, & penitentiis dandis ? dicit quod quando erat cum eo vidit Epiſcopum aliquando recipere confeſſiones, & dare penitentias, & aliquando remittere venientes ad eum cauſa confitendi ad Capellanos vel viros religioſos. Rog. quanto tempore iſtud vidit? dicit quod à decem annis circiter. Rog. utrum Epiſcopum viderit vel audierit ordines conferre, Eccleſias dedicare, confirmare, Eccleſias viſitare? dicit quod pluries vidit eum Eccleſias viſitare & confirmare confirmandos & ſemel Eccleſiam dedicare & audivit quod plures dedicavit, & quod ordines pluries fecit. Super illo articulo utrum deiciantur jura in eadem Dioceſi propter negligentiam vel inſufficientiam Epiſcopi Rog. quid inde ſciat? dicit quod aliquando vidit Epiſcopum facere juſtitiam conquerentibus per ſe & aliquando non, ſet mittebat eos ad Decanos vel ad Plebanos. Rogat. utrum Epiſcopus habeat periciam judicandi ſecundum Leges & Canones ? dicit quod credit & in Curia ejus vidit & audivit allegari & judicari ſecundum leges & decreta. Rog. utrum Epiſcopus ſit negligens vel diligens in juſticia exhibenda ? dicit quod credit quod aliquando neglexit, ſet credit quod magis diligens ſit quam negligens. Rog. per quem Epiſcopus reddat vel faciat reddi jura petentibus juſticiam exhiberi, quando hiis non poteſt vaccare ? dicit per officialem ſuum. Rog. quomodo hoc ſcit ? dicit quod vidit ſepius officialem cauſas trac-

tractantem. Rog. à quanto tempore retro vidit Officialem in Episcopatu *? dicit quod à duobus annis citra antea vero non erat (h) Officialis in Episcopatu quod ipse sciat, set faciebat Episcopus tractari causas & negocia quibus non poterat interesse per Decanos suos. Rog. quomodo scit quod per Decanos? dicit quod ipse vidit & fecit in Decanatu suo ex officio suo. Rog. de vita & sciencia Officialis? dicit quod credit ipsum esse satis sufficientem ad officium suum & honeste conversationis, & quod judicat secundum Canones & Decretales, & in exhibendis justiciis diligens est, sicut ipse credit. Super articulo illo an in dissolutionem deveniat Religio propter negligentiam vel insufficientiam Episcopi in Diocesi Gebennensi. Rog. quod inde sciat? dicit quod non multum frequentat Episcopatum Gebennensem, unde non potest scire multorum vitas & conversationes, tamen quosdam vidit minus honeste & minus religiose se habentes, quorum aliquos vidit Episcopum redarguere & punire. Rog. utrum Episcopus diligens sit circa tales coripiendos vel redarguendos? dicit ego vellem quod plus esset diligens. Super artic. illo an generalis statuta Concilii solvantur in eadem Diocesi, propter negligenciam vel insufficienciam Episcopi? Rog. utrum Episcopus teneat Sinodum singulis annis? dicit quod sic, excepto quod duobus annis non tenuit, uno propter guerras & alio propter dissensionem ipsius & Capituli Gebennensis. Rog. quomodo hoc sciat, scilicet quod singulis annis tenuit Sinodum exceptis illis duobus? dicit quod sepius interfuit. Rog. utrum audierit vel viderit Statuta generalis Concilii legi in predictis Sinodis? dicit quod non recolit se vidisse vel audisse, quia tur-

* Etablissement de l'*Official* à Geneve vers l'an 1217.

(h) Ce n'étoit donc que depuis deux ans que l'Evêque avoit établi un *Official* à Geneve, & tout le monde se loüoit de ce Juge, le premier Official, à ce qu'il paroit, qu'on y eut vû. Auparavant, l'Evêque jugeoit lui-même les Causes Ecclesiastiques, ou les faisoit juger par ses Doyens, comme le Doyen de Siseri le témoigne ici par son propre exemple.

(i) Il

turbationes quandoque exorte ſunt in Sinodis inter Capitulum & Epiſcopum. Rog. ſi aliquis Magiſter ([i]) eſt in Civitate Gebennenſi qui doceat gratis? dicit quod non credit, ſed credit quod unus eſt ibi qui docet pro mercede. Rog. de habitu Sacerdotum & Clericorum, dicit quod Sacerdotes fere omnes habent capas clauſas, aliqui tamen habent manicatas, ſet pauci ſunt ſicut credit. Rog. de continencia Sacerdotum, dicit quod credit plures eſſe in Dioceſi continentes quam incontinentes, & unum ſcit eſſe Concubinarium & vidit & ſcit quod Dominus Epiſcopus quoſdam coripuit & punivit propter incontinenciam. Rog. de aliis Statutis generalis Concilii? dicit quod credit quod multa ſunt que non obſervantur in Dioceſi iſta ſicut nec alias. Rog. utrum Epiſcopus preceperit per ſe vel per alium in Sinodo vel alibi Statuta generalis Concilii obſervari? dicit quod non recolit. Super artic. illo an Epiſcopus magis ſit venationi quam predicationi deditus? dicit quod pluries vidit eum in accupatione quam in predicatione, & dicit quod non credit ſe vidiſſe eum quater projeciſſe avem de manu ſua. Rog. utrum ipſe Epiſcopus conſueverit habere neceſſaria ad venandum, ut pote canes & aves? dicit quod aliquando vidit eum ..... habere venationi tamen ferarum nunquam vidit eum intereſſe. Super eo artic. qualiter Epiſcopus ſe habeat circa divina officia audienda vel celebranda. Rog. dicit quod quando eſt cum Epiſcopo vidit & audivit eum cantare horas ſuas & dicit quod ſepe & ſepius eſt vel fuit cum Epiſcopo. Rog. utrum audierit Epiſcopum Miſſam celebrantem? dicit quod ſepius, ſet dicit

([i]) Il avoit établi dans la Ville un Docteur, pour enſeigner les jeunes Eccleſiaſtiques. Le dernier Concile géneral de Latran (en 1215.) l'avoit ainſi ordonné dans *le Décret XI.* que les Commiſſaires ont en vûë. Chaque Cathédrale devoit avoir un Docteur, élû par l'Evêque conjointement avec le Chapitre, & pourvû d'un Bénefice pour vivre honorablement. Celui de Geneve, en attendant, étoit payé pour ſes Leçons.

dicit quod non multum frequenter celebrat. Rog. utrum Episcopus cotidie audiat Missam? dicit quod raro viderit eum Missam in die non audire. Rog. qualiter in Ecclesia se habuerit? dicit quod satis modeste & honeste. Rog. utrum celebret in Ecclesia Cathedrali? dicit quod à duobus annis & infra propter dissensionem inter ipsum & Capitulum non vidit eum celebrantem in Ecclesia Cathedrali, antea autem vidit eum celebrantem aliquociens in dicta Ecclesia. Super eo artic. in quo continetur quod Episcopus se immiscet secularibus commerciis. Rog. dicit quod vidit Episcopum aliquando facere vendi bladum suum, & quod ad victum suum & suorum faciebat emi bladum, set nunquam vidit eum emere ut carius venderet. Super illo artic. utrum Episcopus sit dilapidator vel dissipator. Rog. dicit quod non vidit vel audivit quod Episcopus aliquam possessionem Ecclesie vendiderit vel alienaverit. Rog. si aliqua Ecclesie possessio per injuriam vel negligenciam Episcopi deperierit vel diminuta sit? dicit quod non credit. Rog. utrum mensa Episcopi in aliquo sit diminuta? dicit quod non credit, immo quod pocius sit augmentata. Rog. utrum Sedes Episcopalis sit in aliquo deteriorata tempore ipsius? dicit quod non, immo meliorata in rebus & possessionibus. Rog. utrum sciat quod Episcopus solverit debita Predecessorum suorum, scilicet pro Ebrodunensi † Episcopo qui fuit Predecessor suus vel pro aliis? dicit quod nescit, dicit tamen quod Episcopatus melioratus est tempore ipsius in Valencia mille Marcharum & Episcopatum hic vocat eaque pertinent ad Episcopum. Rog. quomodo scit? dicit ex eo quod videt. Rog. in quibus? dicit quod in edificiis & adquisitionibus. Rog. quid edificavit? dicit quod Castrum quod dicitur Insula, quod fecit à fundamentis (k) & aliud Cas-

† Bernard Chabert, predecess. de P. de Sessons, avoit été fait Archevêque d'Ambrun en 1213.

(k) L'Evêque en question *avoit bâti dès les Fondemens le Château de l'Isle, & rebâti tout de neuf celui de Marval.* Il avoit bâti le premier, pour arrêter les incursions des gens du Comte de Genevois *, avec qui l'Evêque avoit alors un different au sujet du Mur dont on a par-

* Voyez le 5e. Témoin.

Castrum quod dicitur Marval quod prius erat Ecclesie, set ipse totum de novo edificavit. Rog. quid adquisivit? dicit quod credit ipsum adquisisse quoddam molendinum in Rodano, alias adquisitiones nesciret nominare. Rog. si Episcopus Jura & Jurisdictiones quas habet occasione regalium augmentavit vel diminuit, vel promisit diminui? dicit quod nescit quod augmentaverit vel diminuerit, sed pro regalibus tuendis ad opus Ecclesie que quasi alienata erant sustinuit guerram Comitis Sabaudie & multos labores sustinuit & multa expendit, ita quod per Dei gratiam remanserunt Ecclesie. Rog. si multis debitis obligatus? dicit quod non credit quod debeat ultra trigenta libras Gebennenses. Rog. si invenit Episcopatum in majoribus debitis quam modo sit? dicit quod bene credit. Super illo artic. an Episcopus sit subditorum depressor & gravis exactor. Rog. utrum faciat exactiones singulis annis per Presbyteros & quociens? dicit quod pauci sunt anni in quibus non faciat, set semel in anno. Rog. pro quibus causis? dicit quod semel vidit eum facere exactiones pro itinere Romano; Item semel pro Concilio Bituricensi cui interfuit, tercio pro negocio * Albigensium. Rog. in quos usus expenderit exacta? dicit quod ipse nescit. Rog. si gravat vel gravavit homines suos exactionibus? dicit quod bene credit quod aliquando gravaverit. Rog. in quanta summa possent accedere exactiones ille per singulos annos? dicit quod nescit. Rog. si propter hujusmodi exactiones depauperatus sit Episcopatus idem Diocesis Ecclesie? dicit quod credit quod quidam Presbyteri sunt propter hoc depauperati. Super illo artic. an Episcopus Ecclesiastica beneficia contulerit vel conferat indignis. Rog. cujus ordinis sint illi vel essent quibus contulit vel confert

* Pour la guerre contre les Albigeois.

a parlé, de même qu'avec *Amé de Jaiz* ou Gex, qui étoit de la famille du Comte, & le même qu'*Amé de Geneve*, Seigneur de Gex, *qui*, 6. ou 7. ans après cette Enquête, *donna* (comme le dit Guichenon Hist. de Sav. T. I. p. 1170.) *en* 1225. *à l'Eglise de S. Oyen le Fief du Château de Divonne.*

confert Eccleſias Parrochiales? dicit quod non vidit quod Epiſcopus conferret ipſas Eccleſias quibuſdam qui non eſſent in ſacris Ordinibus, vel qui infra breve tempus non poſſent ad ſacros Ordines promoveri, nec credit quod aliis contulerit quam talibus. Rog. ſi illi quibus contulit Eccleſias faciant ibi reſidenciam? dicit quod quidam ſic, quidam non, ſed pauci ſunt qui non faciant reſidenciam. Rog. qualis converſationis ſint? dicit quod paucos cognoſcit, ſed debet credere quod bone converſationis ſint. Rog. ſi confert uni ſoli vel contulit plures Eccleſias Parrochiales quarum neutra ſit ſubjecta alteri vel dependeat ab altera? dicit quod perſonatus duos vel tres vidit uni dari, ſed Eccleſias Parrochiales non. Rog. quid inde credat? dicit quod eſſe poteſt, ſed non credit. Rog. ſi conferat indignis? dicit quod non vidit, ſed bene credit quod aliquibus indignis, ſed pluribus dignis quam indignis. Super artic. illo utrum Epiſcopus admiſerit vel admittat in beneficiorum collationibus illicitas pactiones. Rog. utrum Eccleſiaſtica beneficia conferat pro pecunia? dicit quod nec vidit, nec ſcit, nec credit. Rogat. utrum antequam vacent promittat Beneficia Eccleſiaſtica? dicit quod nec vidit, nec ſcit, nec credit. Rog. ſi in collationibus Eccleſiarum retinuerit vel retineat ſibi aliquam portionem preter ſolitum? dicit quod nec vidit, nec ſcit, nec credit. Super artic. illo utrum habitus Epiſcopi in luxum defluat ſecularem. Rog. de Tonſura Epiſcopi, de inceſſu, de geſtibus corporis, de veſtibus, de calciamentis, an ſint decencia Epiſcopum, dicit quod ſic, excepto quod quandoque curciora ſunt veſtimenta quam deceret, & calciamenta ſtrictiora, & utitur pellibus . . . riis & aliquando cum minori gravitate incedit quam deberet & non eſt ita maturus in verbis & geſtibus corporis aliquando ſicut deceret. Circa illum artic. utrum Epiſcopus ſe in ſuis actibus non Prelatum oſtenderit vel oſtendat, ſe tirannum, & non rectorem aut preſulem, ſed raptorem, Rog. ſi exhibet ſe raptorem vel tirannum? dicit quod non credit, ſed ſcit eum pacientiſſimum. Rog. ſi opprimat homines ſuos in-

carcerando & res eorum per violentiam occupando? dicit se vidisse quod fecit aliquos incarcerari, & de rebus eorum per violenciam capi, sed credit quod hoc fuit pro facienda justicia & propter excessus eorum. Rog. si accipiat per violenciam de rebus hominum qui non sunt sui? dicit quod non vidit, nec scit. Rog. si procurationibus quas recipit in Ecclesiis & domibus religiosis exhibeat se immoderatum? dicit quod quandoque modestum & quandoque immoderatum modo in equis modo in sociis. Rog. de qualitate familie sue? dicit quod quidam boni sunt & quidam pessimi.

IX. Bonifilius Capellanus Publiaci Juratus, Rogatus an spiritualia deficiant in Episcopatu Gebennensi propter insufficienciam vel negligenciam Episcopi, & in quo vel in quibus, dicit quod non vidit eum publice predicantem sicut Magister Bernardus fecit, nec vidit eum confessiones recipientem, sed vidit Fratres de Ordine predicatorum bis vel ter predicare per Episcopatum à quinque annis citra & recipere confessiones. De secundo artic. Rog. dicit quod non vidit deficere justiciam conquerentibus in Episcopatu Gebennensi. De tercio artic. dicit quod nescit utrum Sacerdotes & Clerici sint minus religiosi modo quam solebant, vel magis. De quarto artic. dicit quod Episcopus facit legi Statuta Concilii generalis in Sinodis, & precipit firmiter observari. Rog. de aliis circa istum artic. dicit quod nichil scit. De quinto artic. dicit quod nichil scit. De sexto & septimo & octavo nichil quod esset scribendum preter hoc quod Episcopus bene se habet circa divina officia. De nono artic. dicit quod nimis gravat Sacerdotes, ipse tamen nichil unquam solvit Episcopo; sed audivit alios de hoc conquerentes. De decimo nichil scit, nec de undecimo de habitu Episcopi dicit quod nunquam audivit eum de hoc reprehendi; de tirannide vel rapina Episcopi nichil scit nisi quod Clericos suos multum gravat. Dicit quod non est inimicus Episcopi, & ea que dixit, dixit pro veritate.

X. Falco de Sie Capellanus, Rog. an spiritualia deficiant in Epis-

Epiſcopatu Gebennenſi propter negligenciam & inſufficienciam Epiſcopi; dixit quod Epiſcopus non predicat, nec confirmat omnes ad ſe venientes, nec unquam vidit eum confeſſiones audire, nec penitenciam dare, dixit tamen quod Eccleſias conſecrat & ordines facit, vidit tamen quod bis Fratres de Ordine predicatorum miſſi ab Epiſcopo predicabant per Epiſcopatum, & confeſſiones audiebant; de divino Officio dicit ſicut credit quod bene facit, ſed quando eſt in * careria vel . . . . ambulat, non ſignat populum ſibi occurrentem ſicut alii Epiſcopi. Rog. ſi juſticiam exibet conquerentibus? dicit quod ſic. De hoc quod in diſſolutionem deveniat Religio nichil ſcit, ſed ſcit quod populus diffamat Epiſcopum malum eum reputans. Rog. quomodo hoc ſcit? dicit ſe ſepius hoc audiſſe. De actionibus, dicit quod non parcit Sacerdotibus aut hominibus ſuis, & audivit ſepe homines ſuos de eo conquerentes, quia bona eorum diripit & eos depauperát. De Sacerdotibus dicit quod Epiſcopus hoſpitatur apud quoſdam cum pluribus equitaturis, & per miniſtros & familiam ſuam importabiliter eos gravat, & in receſſu ſuo exigit ab eis pecuniam, & nichilominus cocus & dapifer volunt ſibi aliquid dari, alioquin dabitur uni equo avena que ſufficeret duobus, dicit etiam quod niſi Sacerdotes ſolvant pecuniam quam eis imponit tempore ſtatuto, interdicit eis ingreſſum Eccleſie & ne celebrent. Ideo autem ut dicit graves facit exactiones quia multa operat eum expendere & multa jam expendit in edificiis, ſicut in Caſtro de Inſula & in defenſione contra inimicos, & in peregrinationibus. Rog. de venatione, dicit quod nichil ſcit, niſi quod aliquando vidit eum portantem acipitrem. De aliis, Rogatus, dicit quod nichil ſcit.

* A la ruë.

Michael Prior de Cluſa Juratus, Rogatus an Epiſcopus predicet & penitentias injungat? dicit quod neſcit. De Fratribus de Ordine predicatorum dicit idem quod alii. Rog. utrum Sacerdotes ſint Concubinarii? dicit quod credit quod multi ſunt, de uno autem ſcit manifeſte quod eſt Concubinarius, cui Epiſcopus contulit Eccleſiam de Dongi, & talis fama de X I.

eo

eo erat antequam Episcopus ei daret Ecclesiam. Rog. an Episcopus sit diligens in corigendis excessibus? dicit quod pecuniarie punit Sacerdotes, unde à supra dicto Sacerdote dicitur recepisse quadraginta solidos eo non emendato, & maxime quia ut dicit idem testis adhuc peccat cum maritatis, & hoc audivit ab illis qui eum in tali crimine invenerunt, quare pro simili causa dedit Decano viginti quinque solidos; dicit etiam idem testis quod Prior de Viu Canonicus Episcopi immediate auctoritate ipsius faciebat quosdam Sacerdotes Diocesis jurare quod sibi de requisitis dicerent veritatem, & post prestitum sacramentum eos de propriis suis actibus sive excessibus requirebat, & que dicebantur redigebat in scriptum, quod videlicet scriptum dictus Prior tradebat Episcopo & Episcopus secundum continenciam scripti eos pecunialiter puniebat. Rog. unde hoc scit? dicit quod audivit à Sacerdotibus illis qui hoc passi sunt. Rog. utrum Episcopus sit subditorum oppressor & gravis exactor? dicit quod Episcopus requisivit ab eo viginti solidos, quos quia dare noluit quamdam Ecclesiam suam de Doge interdixit, mandans per litteras suas Parrochianis dicte Ecclesie, quod si ei redderent viginti solidos memoratos, absoluti essent, & de decimis dicte Ecclesie que erant Prioris tantum retinerent quod viginti solidi recompensarentur; de Sacerdotibus Diocesis audivit quod eos nimiis exactionibus & sumptuosis procurationibus multum gravat, & si statuto tempore ea querentur, soluta non fuerint, interdicit Ecclesias & suspendis Sacerdotes, consuevit etiam sicut audivit nolentes dare ea que petuntur gravare in anno equitaturarum & sociorum, ita quod duplo & amplius gravantur quam gravarentur si petita solvissent. De aliis. Rog. modo quo debuit, dicit quod nescit. Rog. an sit inimicus Episcopi vel non? dicit quod non. Sed non diligit eum ☞ multum sincere quia Ecclesiam de Dongi ei abstulit instituendo in ea Capellanum cum de jure non deberet. Rog. an hec deposuerit bono zelo & pro utilitate Ecclesie? dicit quod sic.

Girar-

Girardus Capellanus de Feſſi Juratus, Rogatus utrum Epiſcopus diligens ſit vel negligens circa officium ſuum? dicit quod nunquam vidit, nec audivit . . . . . nec in vicinia ſua Epiſcopum predicare, vel confeſſiones recipere, nec confirmare, nec Eccleſiam conſecrare niſi unam. De Fratribus de Ordine Predicatorum dicit idem quod alii. Rog. an Epiſcopus juſticiam faciat conquerentibus? dicit quod audivit quod ſic preterquam ſibi, quia cum quidam miles auferat ei quandam decimam quam Eccleſia ſua tenuit ſexaginta annis & amplius ante ipſum, Epiſcopus ſepius rogatus non vult ei juſticiam facere & credit quod ideo quod uxor dicti militis eſt cognata ejus. Rog. an Clerici & Sacerdotes & Canonici ſint ſolito amplius diſſoluti? dicit quod ſi aliquando aliquos reperit Sacerdotes concubinarios quociens ſcivit ſicut credit, alios ſuſpendendo, alios * Bulſas evacuando punivit. Rog. an in collatis Eccleſiis aliqua retinuerit preter ſolitam penſionem? dixit quod in Eccleſia de Canille retinuit ſibi de novo quinque vel ſeptem libras cere ad uſus menſe ſue. Rog. an ſit ſubditorum depreſſor & gravis exactor? dicit quod homines ſuos nimis opprimit, adeo quod per oppreſſionem Villa de juxe que ipſius eſt fere deſtructa eſt. De exactionibus vero Sacerdotum dixit quod tam ſuper ipſum quam ſuper multos alios Dioceſis exactiones graves fecit, & ſumptuoſas procurationes accepit, ita quod pene deficiant & vix ſuſſiſtant. Rog. de aliis articulis inquirendis, modo quo debuit? dicit quod nichil ſcit, niſi quod quando Epiſcopus vadit per Dioceſim non ſignat plebes ſicut anteceſſores ſui facere conſueverant. Rog. an ſit inimicus Epiſcopi? dixit quod non, & dixit quod bono zelo depoſuit ea que dixit & pro utilitate Eccleſie. XII.

*Peut-être *Burſas.*

Albertus de Greſi Canonicus Gebennenſis Juratus, Rogatus de primo articulo? dicit quod Epiſcopus eſt negligens & quod ſpiritualia deficiant in Dioceſi propter inſufficienciam ejus. Rog. in quibus? dicit quod non predicat, raro confirmat, confeſſiones non audiat. Rog. quomodo ſcit? dicit quod ex certa ſciencia. Rog. an per alios hoc faciat? dicit quod ter vidit XIII.

Fratres de Ordine Predicatorum qui per Diocesim predicaverunt. Rog. utrum justiciam faciat conquerentibus? dicit quod non, quare capitulo deest, sicut de Amedeo de Jaz, & de Johanne Dardel, quare cum Ecclesia de Jaiz sua esset, & esset etiam Decanus, precepit Sacerdoti ut dictum Amedeum excommunicaret & Episcopus inhibuit; dicit etiam quod Episcopus inhibuit ne pro Decanis justiciam faceret alicui, nisi ad mandatum ipsius vel Officialis quam ad hoc instituit. Rog. de tertio? dicit quod Sacerdotes fere sunt omnes concubinarii. Rog. an Episcopus hoc scit? dicit quod sic nec punit nisi pecunialiter. Rog. de quarto? dicit quod nescit. Rog. de quinto? dicit quod venatur in avibus. Rog. de sexto? dicit quod cum celebrat honeste celebrat. De horis matutinis vel diurnis? dicit quod matutinas frequentius dicit in lecto quam in Ecclesia. Rog. de septimo? dicit quod non vidit. Rog. de octavo? dicit quod terras mense Episcopalis alienavit ascensiendo eas partim hominibus Comitis, partim suis; dicit etiam feodum Hugonis de Cornillon alienavit in manu Merescaldi Comitis quod videlicet feodum jacet ad Jussie. Rog. utrum augmentaverit redditus mense Episcopalis? dicit quod nescit, nisi Castrum Insule edificavit. Rog. de nono? dicit quod homines suos de Jussei & de Salaz in tantum oppressit quod pauci remanserunt. De exactionibus? dicit quod eas facit ita grandes & graves & frequentes quod nimie depauperati sint Sacerdotes propter eas, & hoc scit & videt. Rog. an Beneficia Ecclesiastica conferat indignis? dicit quod sic, quare Ecclesiam de Serravalle dedit nepoti suo antequam * bracas haberet, & aliis ydiotis. Rog. an in Beneficiorum collationibus admittat illicitas pactiones? dicit quod nescit. Rog. an habitus Episcopi in luxum defluat secularem? dicit quod nimis habet curta vestimenta, & in incessu, & in gestu, & in verbis & in ceteris actibus suis non exibet debitam gravitatem. Rog. utrum se magis exibet tirannum vel raptorem quam presulem vel receptorem? dicit quod sic. Rog. in quo? dicit quod vidit bis, semel apud Jussei, semel apud

* Hauts-de-Chausses.

 Genellie,

Genellie, quod Episcopus in Ecclesiis patitur & jubet accipi res pauperum, sicut vinum & avenam. Rog. an sit inimicus Episcopi? dicit quod non, sed vellet quod emendaretur & quod ea que deposuit, bono zelo dixit & pro utilitate Ecclesie.

Haymo de Govelles Canonicus Gebennensis Juratus Rog. an spiritualia &c. de primo? dicit quod Episcopus est insufficiens in sciencia predicandi, sed credit si vellet operam dare quod sufficeret predicáre, hoc ipsum dicit de penitenciis injungendis quod si vellet operam dare, credit quod bene sufficeret, tamen dicit quod à quinque annis & citra misit aliquos de Ordine Predicatorum per Diocesim qui predicarent & penitencias imponerent. Rog. an visitat Ecclesias? dicit quod sic, sed non ad hoc quod debet, quare non inquirit de his que circa spiritualia debent inquiri sicut vidit & audivit. Dicit etiam quod Girardus de Ferreres proprius serviens Episcopi Michaheli Pastori cognomine uxorem subduxit, & secum duxit & diu tenuit in Castro Episcopi. Rog. utrum Episcopus hoc sciret? dixit quod eam pre oculis suis posset habere cotidie & videre cum maneret in Castro. Rog. de secundo? dicit quod Episcopus primum precepit ut justiciam facerent conquerentibus Sacerdotes, & postmodum ita temperavit, nec pro illo statuto . . . . . ubi preda religiosorum vel predones essent & . . . abstinerent à celebratione nisi viderent super hoc ipsius speciale mandatum; de reliquis autem justiciis faciendis constituit Officialem qui bene exequitur officium suum, dixit tamen idem testis quod aliquando conquestus est Episcopo de malefactoribus suis qui bona ipsius diripuerunt, nec facit nec facturum se promisit, dicit etiam quod quibusdam Religiosis de injuriis conquerentibus nec justiciam fecit, nec ad Officialem misit. Rog. quomodo scit? dicit quod audivit ab eis qui passi sunt. Rog. de tercio? dicit quod multi sunt honesti Sacerdotes in Diocesi, aliqui etiam sunt dissoluti, sed non vidit quod eos Episcopus puniat nisi pecunialiter, nec propter hoc dimittant peccatum, sicut Sacerdos de XIV.

 Treslai

Treilai de quo Epiſcopus ſepe recepit denarios & ſemper Concubinam retinuit ; ſic etiam de quibuſdam aliis fecit. Rog. de quarto ? nichil ſcit ſicut dicit. Rog. de quinto ? dicit quod alii. Rog. de ſexto ? dicit quod honeſte celebrat, de horis dicit quod aliquando dicit matutinas in lecto, aliquando extra lectum. Rog. de ſeptimo ? dicit quod nichil ſcit. Rog. de octavo ? dicit quod Epiſcopus dimiſit Eccleſiam de Craci Monachis Bonimontis Canonicis contradicentibus ; dicit etiam quod cum homines ipſius Epiſcopi de Viu & de Salaz injurias paſſi veniebant, ad eum, quare non pacificabat eos recedebant ad dominium aliorum. Rog. de nono ? dicit quod aliquando Epiſcopus in aliquos Sacerdotes ſecundum magis & minus accipit, in alio viginti florenos, in quibuſdam trigenta, ſicut in Capellano de Colognie à quo audivit quod trigenta florenos dediſſet Epiſcopo. Rog. quare ? dixit quod Epiſcopus ſuſpenderat eum niſi daret nulla alia occaſione pretenta. Rog. de decimo ? dicit quod nichil ſcit. Rog. de undecimo ? dicit quod nichil ſcit. Rog. de duodecimo ? dicit quod nichil videt in habitu quod bene non debeat tollerari. Rog. de decimo tercio ? dicit quod niſchil ſcit. Rog. an ſit inimicus Epiſcopi ? dicit quod non & quod depoſuit ea que dixit bono zelo & pro utilitate Eccleſie. Rog. utrum Epiſcopus augmentaverit redditus menſe Epiſcopalis ? dicit quod ſic de Foragio.

XV. Giroudus Sacerdos manſionarius de Viu Juratus, Rogatus de primo ? dicit quod nunquam vidit Epiſcopum predicare. Rog. an penitentes audiat ? dicit quod ſic, aliquando per ſe & vidit quod aliquando mittebat tales ad ipſum ſive ad alium. Rog. an ſit ſufficiens in ſciencia predicandi ? dicit quod credit. Rog. an alios mittat ad predicandum ? dicit quod vidit Fratres de Ordine Predicatorum & alios miſſos & hoc ſepe. Rog. de ſecundo ? dicit quod quociens Dominus Fucigniaci accepit res Epiſcopi, quod Epiſcopus terras ipſius ſuppoſuit interdicto uſque ad ſatisfactionem, & hoc vidit, preter ea habet Officialem quem ad hoc inſtituit ut juſticiam faciat eis

qui

qui petunt. Rog. de tercio? dicit quod aliqui Sacerdotes boni ſunt & honeſti, & quidam ſunt minus honeſti quam erant tempore iſtius predeceſſoris. Rog. in quibus? dicit quod in emendo & vendendo, emendo vilius ut carius vendant, vendendo ad majorem terminum ut plus accipiant ſicut Sacerdos de Bons ut audivit. Rog. de quarto? dicit quod Statuta leguntur Concilii ſingulis annis in Synodis & non videt quod aliquis pretergrediatur. Rog. de quinto? dicit quod vidit Epiſcopum aucupantem, ſed non vidit quod aves portaret in manu. Rog. de ſexto? dicit quod honeſte celebrat quando celebrat, ſed de horis dicit quod matutinos audit frequencius in lecto quam in Eccleſia. Rog. de ſeptimo? dicit quod nichil ſcit. Rog. de octavo? dicit quod Epiſcopus aliquos homines qui prius erant ſui perdidit tali modo quod receſſerint ab ipſo & tranſtulerint ſe ad dominium aliorum, ſicut W. Finam; ſunt tamen alii qui erant olim de dominio Epiſcopi qui receſſerunt ab eo, ſed Epiſcopus excommunicavit eos ſicut Garnium de Viu & Johannem de Marchoſſei & alios. Rog. an Epiſcopus augmentavit redditus menſe Epiſcopalis? dicit quod neſcit preterquam de Inſula quam edificavit, dicit etiam quod quedam ſervicia que debebant illi de Viu pro conſuetudine Vicedomno (1) ejuſdem ville Epiſcopus acquiſivit & emit, & quod Feodum Willelmi de Filingio ſub pignore acquiſivit quod tenebat de Epiſcopo. Rog. de nono? dicit quod aliquando gravat Sacerdotes in procurationibus, ita quod cum Sacerdotes nolunt ſibi ſervire ſicut ipſe petit, quod Epiſcopus in nimietate ſociorum & equitaturarum gravat eos in amplius quam gravarentur ſi darent ei quod petierat, ſicut Poncio de Villa & Willelmo de Villa Sacerdotibus; dicit etiam quod minores in ſubditis facit talias quam fecerint alii ante ipſum excepto

 quod

(1) Outre le Vidomnat de Geneve, l'Evêque avoit auſſi des Vidomnes à la Campagne en certains Diſtricts. Il eſt parlé, par ex., d'*un Amé, Vidomne de Viu*, que Pierre de Seſſons avoit fait ſaiſir *.

* Voyez le 13e. Temoin.

quod in edificatione Castri de Insula in propriis expensis laboraverit. Rog. de decimo? dicit quod nichil scit. Rog. de undecimo? dicit quod initio vidit Episcopum Ecclesias conferre & faciebat illos jurare quibus dabat quod nec per se nec per alios alicui pro hac collatione aliquid alicui dedissent vel promisissent. Rog. de duodecimo? dicit quod aliquando vidit quod Episcopus portabat habitum notabilem habens in capicio suo laqueos * argenteos. Rog. de decimo tercio? dicit quod nichil scit. Rog. an sit Episcopi inimicus? dicit quod non, & quod bono zelo deposuit ea que dixit & pro utilitate Ecclesie. Dicit etiam idem testis quod homines suos de Jussei Poncium & Willelmum Fratres Jacobi Capellani de Viu, Episcopus perdidit, & sunt modo in manu Domini de Fucigniaco qui facit in eis taliam.

* Lacet d'argent.

XVI. Willelmus de Closeaz Capellanus de Mencie Juratus, Rogatus an spiritualia deficiant & propter negligenciam & insufficienciam Episcopi? dicit quod in Ecclesia sua Episcopus ab octo annis & citra non celebravit, nec predicavit, nec confirmavit. Rog. an predicet alias vel confirmet? dicit quod confirmat sed non predicat. Rog. an visitet Ecclesias ad hoc ut videat de Ecclesiis, de Altaribus, de Sacerdotibus, si honesta sint Altaria, si Officium debitum Sacerdotes competenter solvant? dicit quod non vidit nec audivit quod hoc faceret Episcopus hac intencione, quamvis alia de causa visitet eas. Rog. utrum aliquos mittat Episcopus per Diocesim ut predicent & confessiones recipiant? dicit quod bis vidit Fratres de Ordine Predicatorum, & per Diocesim predicare & penitencias injungere. Rog. de secundo articulo, an deiciantur jura & cui? dicit quod cum quidam malignus peccora & animalia ipsius in domo sua de Meuci & in cimiterio furtive accepisset, & ceteri Sacerdotes Diocesis secundum Statutum Synodi dictum predonem excommunicarent, & Decanus sentenciam Sacerdotum approbaret, Episcopus rogatus ut sentenciam approbaret, noluit sed solvit, unde idem testis conquestus Archiepiscopo Viennensi, & Archiepiscopus senten-

tenciam tulisset in dictum predonem, Episcopus iterum absolvit eam, & sic perdidit peccora sua idem testis; similiter sentenciam solvit quam idem testis tulerat in Petrum militem de Matrinia qui res Ecclesie & jura violenter detinebat; dicit etiam quod cum simili ratione Willelmum de Humum excommunicasset, dictus Episcopus sentenciam solvit ut ille Willelmus uxorem duceret, & sic Ecclesia perdidit & justiciam suam & jus suum. Rog. utrum justiciam aliis faciat? dicit quod sic cui vult, sed habet Officialem qui justiciam exibet conquerentibus. Rog. de tercio? dicit quod scit quod aliqui Sacerdotes sunt in Diocesi qui habent Concubinas, sicut Petrus Capellanus de Marrignie & alii. Rog. an Episcopus tales sciat & corripiat? dicit quod Episcopus quosdam tales scit, sed de correptione nichil scit. Rog. de quarto? dicit quod Synodum celebrat tum per se tum per alium, & ibi leguntur Statuta Concilii & ea precipit firmiter. Rog. an corripiat transgressores? dicit quod nescit. Rog. de quinto an sit venationi deditus magis quam predicationi? dicit quod sic venationi avium. Rog. de sexto? dicit quod honeste Missam celebrat, sed de horis quomodo dicat nescit; sed credit quod eas dicat more debito. Rog. de septimo? dicit quod Episcopus semel procuraret razellum ut venderetur apud Marsiliam. Rog. utrum habuerit guerras pro defensione Ecclesie vel alia causa? dicit quod guerras habet contra aliquos homines suos sicut scit, & dicit quod audivit quod Episcopus de guerra Domini de Fucigniaco & Comitis Gebennensis tale dixerit verbum quod ipse jactaverat ostile quod ipsi se tenerent. Rog. de octavo? dicit quod Episcopus fecit dirui muros Civitatis Gebennensis ut Castrum Insule edificaret, item dicit quod Willelmus de Turre miles qui erat de dominio Episcopi transtulit se ad Dominium Domini de Fucigniaco, & Episcopus videt & sustinet. Item dicit quod Dominus de Fucigniaco fecit hominium predecessori istius Episcopi, sed ipsi non fecit. Rog. quare non fecit? dicit quod nescit. Rog. an augmentaverit redditus mense Episcopalis? dicit quod nichil

chil ſcit, niſi de Caſtro Inſule. Rog. de nono? dicit quod ſubditos opprimit ſicut audivit ab eis & exactiones grandes & graves facit in Sacerdotes ſicut vidit & audivit ab eis qui conquerebantur; dicit etiam idem quod Petrum Capellanum de Bodio (m) jurare compulit, ut ſibi de requiſitis exprimeret veritatem, quod cum ille feciſſet, & ad inquiſita coactus reſpondiſſet Epiſcopus ab eo exegit decem vel & ad opus Officialis viginti florenos, qui cum diceret quod ad conſilium Epiſcopi miſiſſet, quemdam armatum in negocio Albigenſium pro exceſſibus ſuis, & per hoc nichil proficeret, tandem fuit ſuſpenſus ab officio & beneficio quare non ſolvebat petita. Sed Archiepiſcopus Viennenſis fecit eum abſolvi. Rog. de decimo? dicit quod Capellaniam de Anemaſſi contulit cuidam puero & ydiote, ſicut audivit, & verum eſt, dicit etiam quod cuidam Petro contulit Eccleſiam de Aiſia ydiote, cui idem Epiſcopus ante collationem * imperpāvit quod piſcem communicaſſet ſicut audivit & credit quod aliis pluribus contulerit minus dignis. Rog. de undecimo, dicit quod audivit quod Epiſcopo dediſſet poſt collationem Eccleſie de Aiſia Sororius illius Petri ſupra nominati S. Rodulfus Marchis quindecim libras; dicit etiam quod cum Jacobus Capellanus de Maglenz tranſlatus fuiſſet ad Capellaniam de Flori, dixit coram pluribus quod maluiſſet quod Epiſcopus ei reddidiſſet denarios ſuos, quam quod tranſlatus eſſet ad illam Eccleſiam, dicit etiam quod Epiſcopus Eccleſiam de † Somoin contulit cuidam Clerico. R. quaſi ſimulatorie cum ille Clericus de dicta Eccleſia ſe inveſtierit & Epiſcopus acciperet fructus, unde contigit quod Archiepiſcopus dictam Eccleſiam contulit Thome filio Comitis Sabaudie qui in pace tenet eam, dicit etiam idem teſtis quod audivit à Jordane Capellano de Chaſtellon quod

* Peut-être y a-t-il *impropevavit* dans l'abreviation.

† Peut-être *Samoin*.

(m) Cette Egliſe contribuoit *à la guerre contre les Albigeois*; on a parlé du Vingtieme des Revenus, levé pour ce ſujet. Il eſt dit de plus, que le Chapellain *de Body y avoit envoyé un homme armé.* On peut juger des autres à proportion.

quod ipſe audierat à Willelmo Cherdunant quod Epiſcopus habuerat quadraginta Libras pro Ecclefia de Somoin quam dederat Mauricio Sacerdoti. Item dicit quod Johanni Lallais, qui prius erat Capellanus de Paers dedit eandem Eccleſiam Epiſcopus, & audivit idem teſtis apud Chaſtellon quod undecim Libras ſolvebat dictus Johannes Anſelmo Boucart pro Epiſcopo. Rog. de duodecimo? dicit quod Epiſcopus in habitu non exibet debitam gravitatem. Rog. de decimo tercio? dicit quod audivit quod fecit capi Amedeum Vicedomnum de Viu qui etiam tractus fuit ita viliter quod omnes videntes turbabantur. Sic etiam facit de aliis quos capi fecit & incarcerari Inſula. Rog. an ſit inimicus Epiſcopi? dicit quod non, & quod depoſuit, dixit bono zelo & pro utilitate Eccleſie.

BULLE

Du Pape Gregoire IX., tirée des Archives de Geneve.

GREGORIUS * Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Dilectis filiis . . . . Ciſtertienſi . . . de Bethania & . . . de Alto Colle, Ciſtertienſis Ordinis Abbatibus, Cabilonenſis, Biſuntine, & Lauſanenſis Dioceſium, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Cum bone memorie H. Papa Predeceſſor noſter per vos, dilecti filii, Ciſtertienſis & . . . . de Bethania Abbates, & Venerabilem Fratrem noſtrum . . . quondam Epiſcopum Valentinum, nunc Patriarcham Jeroſolimitanum, contra Venerabilem Fratrem noſtrum Gebennenſem Epiſcopum, ex officio ſuo inquiſitionem mandaverit faciendam;

* Il paroit par cette Bulle, que le Pape Honorius III., Prédéceſſeur de Gregoire IX., avoit ordonné une nouvelle Enquête contre l'Evêque de Geneve, Aimon de Granſon, ſucceſſeur du même Pierre de Seſſons, qui avoit été le ſujet ou le prétexte de la précedente, 8. ou 9. ans auparavant. Ce Pape avoit déja nommé pour Juges

Predicto Episcopo Valentino interim ad aliam dignitatem assumpto, Vos, quamquam semel citatio fuisset emissa, in inquisitionis negotio procedere nequivistis. Volentes igitur ejusdem predecessoris nostri in hac parte vestigiis inherere, te, fili Abbas de Altocolle, loco predicti Episcopi, ejusdem inquisitionis negotio duximus subrogandum; per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus in inquisitionis negotio procedatis juxta ejusdem predecessoris nostri continentiam litterarum. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Anagnie, septimo Idus Septembris, Pontificatus nostri Anno primo.

LETTRE

Juges l'Evêque de Valence, & les Abbez de Cisteaux & de Bitaine; mais sa mort, arrivée au mois de Mars 1227., arrêta la Commission. Geraud, Evêque de Valence, qui devoit en être le Chef, venoit d'être élû Patriarche de Jerusalem †; Il étoit même sur le point de s'embarquer pour la Terre-Sainte, avec l'Empereur Frederic II., suivi d'une des plus nombreuses Croisades qu'on eut encore vû. Ces Expéditions demandoient des sommes immenses, que les Papes faisoient lever avec grand soin; la taxe rencontroit souvent des difficultez, causoit des plaintes, des troubles & des divisions, sur-tout dans les Villes, dont les Evêques étoient Seigneurs, où les Chapitres & les Communautez avoient aussi plus de crédit, & les Papes à leur tour plus d'autorité qu'ils faisoient valoir dans les occasions. Gregoire IX. qui n'avoit pas moins de zèle à poursuivre les vûës de ses Prédecesseurs, ordonne ici de procéder à l'information, & il substituë pour 3me. Commissaire l'Abbé de Haut-Crêt, de l'Ordre de Cisteaux, dans le Diocese de Lausanne. Sa Bulle est datée du 7. Septembre 1227. peu de jours avant le départ de la Croisade. On ne sait si l'Enquête se fit en effet, ni quelle en fut la suite. On sait seulement qu'Aimon de Granson gouverna paisiblement son Eglise pendant plus de 30. années, depuis la date de cette Bulle.

† Voyez les *Antiquitez de l'Eglise de Valence*, par M. *Jean de Catellan*, p. 323.

* Le

LETTRE DU CARDINAL DE CHALANT *, TIRÉE DES ARCHIVES DE GENEVE,

Dont la ſuperſcription eſt ;

Reverendo in Chriſto Patri Domino A. Dei gratia Epiſcopo Gracianopolitano Conſanguineo cariſſimo.

ANthonius miſeratione divina Sancte Marie in via lata Sacroſancte Romane Eccleſie Diaconus Cardinalis de Chalant vulgariter nuncupatus, Reverendo in Chriſto Patri Domino Epiſcopo Gracionopolitano ſalutem in Domino ſempiternam & preſentibus fidem indubiam adibere. Nuper ſi quidem Sanctiſſimus in Chriſto Pater & Dominus noſter Dominus

* Le Cardinal de Chalant étoit Gentilhomme Savoyard. Il fut élevé au Cardinalat par l'Antipape Benoît XIII., dont il quitta enſuite le Parti. Il eſt, par ſes intrigues, fameux dans l'Hiſtoire du Schiſme, pendant les 18. premieres années du XVe. Siecle †.

L'Evêque de Grenoble, à qui cette Lettre eſt adreſſée, étoit *Aymon de Chiſſé*, qui, ſuivant Mrs. de Sainte Marthe, a ſiegé depuis l'an 1388. juſques à l'an 1443. Prélat, au reſte, recommandable par ſa charité.

Guillaume de Lornay occupoit le Siege de Geneve, & mourut vers la fin de l'année 1408.

La Lettre eſt accompagnée de Notes, qui bordent toutes les marges, leſquelles paroiſſent écrites du tems même de la Lettre. On peut

† Voyez le Labou-reur, *Hiſtoire de Charles VI.*, & Lenfant, *Hiſtoires des Conciles de Piſe & de Conſtance.*

minus Benedictus divina providentia Papa XIII. quamdam ſupplicationem ſibi pro parte Illuſtris Principis Domini Amedei Comitis Sabaudie porrectam, nobis Anthonio Cardinali prefato manualiter tradidit, cujus tenor ſequitur in hec verba. Pater Sancte, Exponitur V. B. pro parte devoti filii veſtri Amedei Comitis Sabaudie Vicedompni Civitatis Gebennenſis quod cum in ipſa Civitate que eſt de ſolempnioribus ipſius Patrie, ad quam gencium copia de diverſis mundi partibus, ad nundinas ibi teneri conſuetas pro ſuis mercandiis tractandis, aſſueti ſunt convenire, multi exceſſus, homicidia, mutilaciones, furta, invaſiones, & quamplurima enormia comit-

peut conjecturer par ces Notes, que l'Evêque de Grenoble ne trouvant pas de la juſtice dans l'Enquête qui lui étoit commiſe, communiqua à celui de Geneve la Lettre dont il s'agit, & que celui-ci fit conſulter cette affaire par deux differens Canoniſtes, qui répondirent par les Notes que l'on y voit, qui ſont de deux differentes mains, la 1re. 2. 4. 6. d'un caractère different de la 3me. 5. 7. 8. & 9me.

Comme il ne paroit point par l'Hiſtoire, ſi l'Enquête fut faite ou non; on peut préſumer que les raiſons de l'Evêque furent trouvées ſuffiſantes pour qu'elle ne le fut pas. Il pourroit être auſſi, qu'elle n'auroit point eu d'effet, parce que le Cardinal de Chalant, né ſujet du Comte de Savoye, ayant abandonné le parti de Benoît XIII. en 1409. un an après la datte de la Lettre, les affaires qu'il avoit entrepriſes ſous cet Antipape, dont il avoit la confiance, n'eurent aucune ſuite.

Le Comte de Savoye dont il eſt parlé, étoit Amé VIII. qui depuis fut Pape, ſous le nom de Felix V., & eut enſuite l'adminiſtration de l'Evêché de Geneve. Il demande par ſa Requête au Pape la Juriſdiction temporelle de la Ville, & offre un dédommagement. Il fit pareille demande onze ans après, en 1419., par une nouvelle Requête au Pape Martin V., à laquelle l'Evêque & la Communauté de Geneve s'oppoſerent *, ainſi qu'on le voit par l'Hiſtoire & par les Actes. Il eſt à remarquer que les idées de ce Prince changerent lors-qu'il fut pourvû de l'Evêché, dont il n'alliena point les droits, & reconnut ceux de la Communauté, comme il paroit par l'Acte LV. ci-deſſus page 168.

* *Voyez ci-deſſus Tom. I. p. 76. & Tom. II. p. 134.*

(1) At-

comittantur de quibus Episcopi dicte Civitatis ad quos tota Jurisdictio ipsius expectare noscitur & Officiarii dictorum Episcoporum propter metum delinquentium & ipsorum impotentiam, non audent neque possunt excessus hujusmodi refrenare; unde gravissima & irreparabilia dampna Comiti & Civitati predictis ac confluentibus ad eandem & toti Reipublice continue subsequuntur & sequi graviora parantur cotidie, nisi per B. V. provideatur, talia que Pater Sancte, Reipublice tam dampnosa, quibus (1) potentia ipsius Comitis potuit obviare,

(1) Attende quod quamvis ad hujusmodi excessus puniendos non sufficeret potentia Episcopi Gebennensis, ut Comes supponit, & potentia Comitis ad id sufficeret, non debet per hoc Ecclesia Gebennensis privari sua jurisdictione temporali, sed quicunque contingant tales casus in quibus potestas temporalis dicte Ecclesie non sufficit, debet Episcopus publicum auxilium dicti Comitis invocare, ut probant jura in c. 1, de offi. ord. in fine, & in c. principes xx. in q. v. 2. xx. vi. cum advend. xx. in q. v. administratores & de maledicis c. 2. Et ipse Comes ad id per Ecclesias de jure potest compelli, considerato quod una potestas per aliam debet adjuvari, ut in dicto c. administratores & notat. b. in dicto c. 1. de offi. ord. & facit c. dilecto, de sententia excomm. in c. 6. alias si supplicatio Comitis esset admittenda, sequeretur quod jura condita super invocatione auxilii publici per Ecclesias facienda, pro nichilo fuissent condita, quodque si aliqui magni Comites committebant excessus in terra dicti Comitis pro quibus puniendis non sufficeret potentia dicti Comitis quod rex deberet illum privare sua jurisdictione data sibi recompensatione, quod non est dicendum, sed juris remedio super invocatione fortioris potestatis, ut probant dicta jura, utendum, quare cum secundum premissa constet supplicationem Comitis non esse de jure exaudiendam etiamsi constaret de veritate contentorum in illa ut probant jura supra allegata, non debebat inquisitio super contentis in illa auctorari ymo totaliter debebat vitari eorum quod notandum per dec. delibelli oblatione in c. examinata de judiciis & facit .t· quotiens c. de prec. Imp. offerendis. Et videtur quod consciencia Domini nostri super hoc deberet informari, qui informatus plene non permittet in causa dicte inquisitionis procedi, & maxime si informatur quod dos dicte Ecclesie consideratis considerandis pro majori parte habetur & sustinetur sub umbra jurisdictionis temporalis.

(2) At-

viare, tollerari non debeant, & ipſa Juridictio & ejus emolumenta (2) modicam afferant Epiſcopo & Eccleſie predictis utilitatem; Supplicat prefatus Comes Sabaudie, qui tertiam partem emolumentorum dicte Juriſdictionis percipit, quod quatenus ſuccurrentes (3) rei publice tam (4) oppreſſe, Juriſdictionem omnimodam temporalem ipſius Civitatis ad Epiſcopos pro tempore exiſtentes quomodolibet expectantem, prefato Comiti & ſuis ſucceſſoribus, facta (5) recompenſatione condigna & majori ipſi Epiſcopo de emolumentis ipſius Juriſdictionis, concedere & donare, ac in eundem Comitem & ſucceſſores ſuos transferre dignemini. Qua ſic ſupplicatione recepta prefatus Dominus noſter volens de & ſuper contentis in ipſa ſupplicacione veridice informari, ut maturius poſſit ſuper eiſdem providere. Conſiderans quod de meritis negotii de quo in dicta ſupplicacione agitur, in Romana Curia, penuria teſtium, plenarie liquere non poſſet, receptionem informationis hujuſmodi Paternitati veſtre comiſit, & nobis oraculo vive vocis injunxit ut dictam comiſſionem eidem Paternitati

(2) Attende quod papa deberet informari de contrario, in quo conſiſtit veritas, conſiderato quod ſi non erat umbra juriſdictionis temporalis quodammodo annichilaretur utilitas emolumentorum Curie ſpiritualis, ut expertus bene deducere poteſt.

(3) Forte ipſa res publica Civitatis eſſet ſuper hoc audienda.

(4) Super hac oppreſſione res publica jam habet remedium juris quo Comes poteſt uti & debet ſine prejudicio Eccleſie ut in dicto c. 1, de offi. ord. in fine, & ſic male petit.

(5) Super hoc eſt bene advertendum, quod etſi forte dicta Juriſdictio nunc non afferat Epiſcopo utilitatem magnam pecuniam, etiam tamen alias & aliis Epiſcopis afferre poterit, ymo pro tempore ſequi poterit quod Juriſdictio Eccleſiaſtica propter dictam alienationem impediretur vel diminueretur Epiſcopus qui Dominus eſt, Capitulum & Eccleſie propter potentiam Principis ita magis opprimerentur & durius tractabuntur, ita & Civitas tanta & que tam longo tempore fuit Eccleſie Gebennenſis nunc alteri Domino contra ſuam voluntatem ſubicietur, propter quod minus reverebitur Prelatum & Clerum, ymo forte à Domino Comite erga Eccleſias quas ibi multe ſunt Quid ergo erit illa recompenſatio condigna?

(6) At-

ti intimare in forma debita & mandare per nostras litteras curaremus. Nos igitur Anthonius Cardinalis prefatus volentes mandata Apostolica ut tenemur reverenter exequi, tenore presentium Paternitati vestre (6) intimamus, ipsam commissionem per dictum Dominum nostrum fuisse eidem Paternitati factam & directam, & nichilominus de simili mandato nobis facto Paternitati vestre damus expressius in mandatis, quatenus ad loca & personas in & ex quibus veritas omnium in dicta supplicacione contentorum pandetur; per vos si habere possit commode, vel (7) per submissam ydoneam personam acce-

(6) Attende quod ex quo hec concessio est multum dampnosa & prejudiciabilis Ecclesie Gebennensi, non est verisimile quod ex certa scientia Principis emanaverit, ymo quod per importunitatem nimiam fuerit optenta Cod. de petit. bon. substat. L. I. lib. X. & de purg. canonica c. cum in juventute & propterea talis commissio non est exequenda de jure VIII. qu. I. audat. ti. XXII. q. IV. unus quisque ff. qui & à quib. manum. liberi nantiunt ymo debet Commissarius informare Papam de tanto prejudicio & expectare secundam jussionem, ut in c. . . . . consulo tamen quod Papa secrete informetur & per talem modum quod Dominus Grationopolitanus non incurrat odium Domini Comitis, & videretur mihi sub determinatione Reverendissimi Domini mei, quod ex parte Episcopi & Capituli Gebennensis deberet ordinari una supplicatio continens omnia prejudicia & inconvenientia que exinde possent evenire Ecclesie Gebennensi, si supplicatio Comitis exaudiatur, quodque factum hujusmodi per duas personas notabiles dicte Ecclesie, ex parte Episcopi & Capituli Pape quanto scitius fieri possit, per medium dicte supplicationis exponetur supplicando quod causam inquisitionis veritatis premissorum super prejudiciis & dampnis Ecclesie Gebennensis, ac super toto negocio committere dignetur aliquibus notabilibus viris de existentibus in Romana Curia, allegantes quodammodo contra Dominum Gratianopolitanum suspicionem, dicentes eum verisimiliter esse nimis favorabilem Comiti, & per istud medium provideretur Ecclesie & Dominus Gratianopolitanus exhoneraretur.

(7) Istam viam omnino eligat Commissarius & quantum possit committat personam non corruptam sed probam, literatam, discretam, Deum timentem & Ecclesiam diligentem, & talem qui & commissionem hanc intelligere & informationem petitam bene facere sciat, ita

accedendo, vocatis si qui videbuntur (8) evocandi, de omnibus & (9) singulis in dicta supplicatione contentis, emolumentis Jurisdictionis ad dictum Episcopum pertinentis comodisque & incomodis qui hinc inde ac Reipublice afferri evenire & oriri possunt in futurum, & retroactis temporibus obvenerunt, & omnibus aliis emergentibus ex eisdem, & totum negotium concernentibus, diligenter inquiratis, & vos informetis, super quibus ipsas personas sensura Ecclesiastica, si se odio, timore vel favore subtraxerint, compellatis testimonium veritati perhibere; Et quicquid inde reperieritis, prefato Domino nostro vel nobis secrete sub sigillo vestro quam citius poteritis ad Romanam Curiam destinare curetis; Certificantes prefatum Dominum nostrum vel nos quanta fuerit personis per vos examinandis fides exibenda, & ne super premissis in aliquo hesitetis, voluit idem Dominus noster presentibus Litteris Sigilli nostri impressione inpendenti sigillatis fidem plenariam adhiberi, quodque ipse Littere nostre ad probandum predicta sufficiant, ac si essent Littere Apostolice super hiis confecte, nec ad id alterius requiratur adminiculum probacionis; In quorum testimonium presentes Litteras nostras nostri Sigilli impressione jussimus roborari. Datum & actum apud Portum Veneris, Januensis Diocesis, Anno à Nativitate Domini millesimo quadringentesimo octavo, die decima septima mensis Februarii, pro ut prefati Domini nostri Pape Benedicti, anno quarto decimo, presentibus Nobili Viro Francisco Russini Domicello ac venerabilibus & discretis Viris Domino Jacobo Textore & Johanne Gervaysii Canonicorum testibus ad premissa vocatis & rogatis. O. Gerius.

REMAR-

ita & habeat secum bonum expertum & probum Notarium qui informationem recipiendam in debita forma bene ponere sciat.

(8) Ergo omnes qui in hoc tangi possunt, sunt Episcopus, Capitulum, Communitas Civitatis & forte multi alii.

(9) Ista verba & sequentia in tribus proximis lineis sunt multum ponderanda & per Commissarium attendenda & circa ea diligens magna & exacta inquisitio fienda, ac cum multis non e malis Ecclesie, sed Deum timentibus, probis antiquis & virtuosis &c. viris.

REMARQUES
FAITES
PAR MR. J. C. FATIO DE DUILLIER,
SUR L'HISTOIRE NATURELLE
DES ENVIRONS DU LAC
DE GENEVE.

LE Lac de Geneve, nommé autrement le Lac Leman, est environné de cinq Etats Souverains: Il aboutit à l'Oüest, au Nord & à l'Est, au Païs-de-Vaud, dépendant de la Republique de Berne, qui est le plus grand & le plus puissant des treize Cantons Suisses. Au Sud, il touche le Païs de Valais, Republique qui reconnoit l'Evêque de Sion pour son Prince. Au Sud & à l'Est, il confine au Duché de Chablais, qui fait partie des Etats de Savoye. La Ville de Geneve & quelques Terres & Villages, apartenants à cette Republique, sont situez au Midi, au Levant & au Couchant du Lac, lequel a aussi le Bailliage de Gex, dépendant de la France, à son Couchant.

La figure du Lac aproche un peu de celle d'un Croissant, dont les deux Cornes seroient émoussées, & dont l'une des mêmes Cornes auroit une grande échancrure par dedans. Les Cartes des environs de Geneve, & celles de Suisse & de Savoye, représentent le Lac Leman d'une maniere qui differe beaucoup de sa véritable figure. Ce Lac s'étend bien plus contre le Nord, & moins du côté d'Orient que les Cartes ne le marquent. La distance dès Morges jusqu'à Yverdon, n'est que de six lieuës, & n'excede pas celle qui se trou-

trouve dès Yverdon jusqu'à Neufchâtel. Cependant les Geographes font la premiere de ces distances beaucoup plus grande que la seconde.

Le Lac Leman est situé entre 24^{d}. $10'$. & 25^{d}. de longitude, à compter cette longitude depuis l'Isle de Fer, & entre 46^{d}. $12'$. & 46^{d}. $31'$. de latitude Septentrionale.

La longueur du Lac depuis Geneve jusqu'à Villeneuve, en passant par le Païs-de-Vaud, est de 15. lieuës de Marine, dont il y en a 20. au degré, & ces quinze lieuës font 18. lieuës communes de France & trois quarts. Mais cette distance prise en ligne droite par dessus le Chablais, n'excede pas 12. lieuës de Marine.

